Est 10
Nº 163

R. 8
6/25

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SEVILLA

Aplicase A
la libreria de
Die Go de
Sevilla

ENCHIRIDION PSALMORVM.

Eorundem ex ueritate Hebraica uersionem, ac Ioannis Campensis è regione paraphrasim, sic ut uersus uersui respōdeat, complectens.

Concionem præterea Salomonis Ecclesiastæ, per eundē Campensem ex Hebraico παραφραστικῶς traductam.

LVGDVNI.
Apud Iacobum Giuncti.

M. D. XXXVIII.

IO. DANTISCI E. C.
in eandem paraphrasim
Epigramma.

Pura mente Deum si vis cognoscere lector,
Et quis sit veræ relligionis amor:
Et quibus ipse modis Deus est orandus, & illi
Fidere quo possis pectore, labe reus:
Hæc lege diuini sacrata poëmata vatis.
Qui fidei nostræ fons & origo fuit.
Ex cuius sacro mundi seruator IESVS
Semine, mortali corpore factus homo est.
Cum falsis veteres Dijs interiere poëtæ:
Nominis illorum, fabula sola manet.
Hic cum perpetuo viget omni tempore Christo:
Istud & in terris dulce reliquit opus.
Dulce quidem numeris, sed sensu dulcius omni
Melle, quod ex Hybla sedula legit apis.
Clarius hoc tandem Campensis reddidit orbi,
Interpres linguæ candidus Hebraicæ.
Perlege, ne pigeat, mentem super astra leuabis:
Plusq; pius fies quàm modò, lector, eras.
Non hic Castalios ficto de fonte liquores,
Sed quos dat Christi spiritus, ore bibes.
Quæ quondam prisci finxere poëmata vates,
Mentitis pollent, omnia plena iocis.
Hic est firma fides, hic spes, hic feruor amoris:
Quem quisq; in summũ debet habere Deum.

Τέλος.

REVERENDISSIMO D. IOANNI DANTISCO Culmensi Episcopo, Regis serenissimi Poloniæ apud Cæsariã maiestatem Oratori &c. Ioan. Campensis S.

HABES tandẽ, modis omnibus, ornatissime præsul, succinctam in Psalmos omnes paraphrasim, iuxta Hebraicã veritatẽ, in qua cum verbum verbo respõdere nõ potuerit, versus tamẽ versibus secundũ Hebræorum exactissimã distinctionẽ, exactè respõdẽt: qui vulgata editione plurimis in locis confusi, rem per se alioqui obscuram plus satis, obscuriorẽ reddiderũt. Quis autẽ fuerit autor huius editionis, qua Ecclesia vtitur, mea non multum refert: hoc vnum tantum affirmo, indignã esse quæ diuo Hieronymo tribuatur: cõstat hunc per omnia Græcam editionem sequutum, vertisse quicquid vertit, cuius nõ minus obscurus est autor, quàm est

noſtræ huius. Certum enim eſt ex ipſo Ariſtæa, qui ſeptuaginta duos interpretes iuſſu Ptolemæi regis in Aegyptũ perduxit, quicquid egerint, quomodo à rege excepti fuerint, quot horas verſioni ſingulis diebus impenderint, quodq́; non ſeptuaginta cellulis alij ab alijs ſecluſi fuerint, ſed in vna domo cõſultantes inter ſe, cõſonũ quiddam ediderint, quod Græco Demetrio deſcribẽdũ tradérent, vnico libello complexus eſt. Ex hoc ergo certum eſt, & ex Ioſepho in præfatione Antiquitatũ Iudaicarũ, imò ex ipſo diuo Hieronymo nõ vno tantũ loco, ipſos ſeptuagintaduos, tantũ legẽ, hoc eſt, quinq; libros Moſi in linguã Græcam tranſtuliſſe: abſoluerunt enim id, ad quod vocati fuerant, eo, inquit Ariſtæas, dierũ numero, quo erant ipſi, hoc eſt, duobus & ſeptuaginta. Hæc paucis hic nõ ſine cauſa cõmemorare libuit, ꝓpter receptam, ſed pernicioſam perſuaſionem in Græcis de ſeptuaginta, & Latinis de vulgata editione, quòd ea ſit diui Hieronymi, atq; ob id in neutra quicquã mutare ex ipſis Hebraicis fontibus liceat; cùm extet iuxta Hebraicam

braicam veritatē editio alia, quā certiſsimū eſt eſſe ipſius Hieronymi, quãuis Eccleſia, neſcio quo modo, eā nō receperit. Qui ergo nūc conatur melius quiddam afferre, quàm vſu receptū eſt, non diuerſum à Hieronymo cū iniuria ſanctiſsimi & doctiſsimi viri facit, ſed idē penitus, quod olim faciebat ipſe. Verùm hæc hactenus, ad me enim nō multum pertinēt, qui nō interpretē ago, ſed paraphraſten, quiq; autoritatē in Eccleſia nullā ambio, nec cuiquam iniuriā facio, niſi fortè obſcuros locos, eosq; non paucos, ob nimis ſcrupuloſam in reddēdo verbū verbo fidem explicuiſſe aliȷs verbis apertioribus, ſit iniuriam facere. Ego tantùm natiuū quendam guſtū horum Pſalmorū dare volui, futurū ſperans, vt olim Eccleſiæ cōſenſu totū vetus teſtamētū doctis, & linguarū peritis in noſtram linguā transferendū cōmittatur: quēadmodum audio hunc noſtrū ſummū Pontificem Clementē ſeptimū ante nuperrimā Romanæ vrbis expugnationē tētaſſe, vt videlicet ea prouincia ſex Iudæis, & ſex Chriſtianis Hebraicè peritis mandaretur. Sed ad

rem noſtrã reuertamur. Hanc paraphraſim, quã tantopere in publicũ prodire cupis, maxima ex parte, ante aliquot annos Louanij cùm linguã Hebraicam in Buslidiano collegio profiterer, auditoribus meis non in hoc dictauerã, vt vnquã euulgaretur, ſed vt aliquos ad ſtudiũ Hebraicarũ literarũ inuitarẽ, re ipſa oſtẽdere conatus ſum, non vtilẽ ſolũ, ſed neceſſariam fore ad ſacros autores intelligendos, eius linguæ nonnullã cognitionẽ, quod quàm videatur veriſimile alĳs neſcio, de me hoc dicere poſſum, quòd nullis cõmẽtarĳs in hũc pſalmorũ librũ, puto enim me omnes propemodũ legiſſe, qui aliquo modo in pretio fuerint, tantum adiutus fuerim, quantum exigua, imò propemodũ nulla ſacroſanctæ huius linguæ notitia. Habe itaque mi Dantiſce nõ noſtri tantũ ſeculi præſulũ decus, quod à me nullus impetraſſet alius, quantumuis id multi conati ſint, & boni & docti, nec mediocriter magni viri: nõ quòd illos iudicauerim hiſce meis nugis indignos, ſed quòd mihi pſuadere nũquã potuerim, aliqd ineſſe, quod doctis placere poſſet.

Quid

Quid ergo causæ sit fortasse ipse tu rogabis, cur nūc tibi dem, quod nulli dare cōstituerā. Paucis respondebo: fama nominis tui, qua mihi annis nō paucis cognitus fuisti, & ipsa præsentia, quæ famam adeo nō minuit, aut auxerit etiā vehementer, cogunt me credere plus tibi, quàm ipsi mihi, deprehendi enim nō fallacibus argumētis reculā quandā in te, oportet enim minimū quiddam esse, quod vix vlla lingua pluribus, dignata est syllabis, quàm vna: ex Hebręis est לב, Græcis νοῦς, Latinis mēs, tu si voles ex reliquis linguis addes, nouisti enim totius Europæ ferme omnes, hæc certe syllaba magis me rapuit in amorē tui, quàm vllæ tuæ opes, aut in me innumera alioqui beneficia: & quid me nō raperet? quum per eam cum summa eruditione, & nequaquā Sarmatica ciuilitate cōiunctā, ad pontificale culmē euectus sis, & merito apud potētissimos principes tam sit gratiosus meus hic Sarmata, vt si quidlibet indutus celeberrima per loca vadat, oīs Dantiscum deceat color, & status, & res. Vale. Norimbergæ 3 Maij. 1532

AD LECTOREM

QVum, ut doctiſsimi quiq; Hebræorũ affirmant, tituli Pſalmorũ nihil ad eorũdem intellectionem faciãt: ut qui ferè nihil præter inſtrumenta muſica, aut cantionũ genera ſeculis illis nota cõplectantur: non operæpretiũ uiſum eſt eos hîc inſerere, ne libellus enchiridij modũ excedat. Cætera lector æqui boniq; conſule, lege, & fruere.

PSAL MORVM
ad Hebraicam ueritatem uersio Latina.

IOANNIS CAMPENSIS
in eosdem paraphrastica interpretatio.

PSALMVS. I.

1 O BEATŪ hominē qui nō adit *cōsilia impiorū, qui in uia sceleratorum non moratur, neq; in cōsessu peruersorum considet.*

2 *Sed lege Domini delectatur, & in*

I

1 Odis omnibus beat⁹ est ille vir qui non secutus est consilium eorum, qui sine certa lege viuunt, neq; socius fuit eorum, qui studio faciunt malè: multo minus eò dementiæ peruenit, vt impostorum illi vita placuerit.

2 Quin potius in doctrina Domini totus erit, & doctrinam illius

Beatus vir q nō abijt. in consilio impio(rum) et in uia pctorum non stetit et in cathedra pestilentie non sedit

Sed in lege domini uoluntas eius et in lege eius meditabitur die ac nocte

ea meditatur die
ac nocte.

3 *Hic similis est*
arbori ad ripā flu=
minis plātatæ, quæ
fructū suū suo red=
dit tempore: cuius
folia non decidunt,
cuius omnis fructus
feliciter prouenit.

4 *Contrà uerò im*
pij, similes sunt pul
ueri, qui à uēto dis
sipatur.

Hinc fit ut neq;
impij, neq; scelera=
ti uiuāt in cœtu &
concilio iustorum.

6 *Vt enim uia iu=*

animo voluet, & reuol
uet nocte & die.

3 Quare similis erit ar
bori plantatæ iuxta ri
uulos aquarum, quæ
fructum maturum pro
feret tempore opportu
no: cuius ne vnum qui
dem folium marcescet:
& quencunque illa fru
ctum protulerit, vti
litatem ille adferet a
liam.

4 Longè aliter eue
niet impijs ex legibus,
erunt enim veluti festu
ca, quæ ludibrium est
venti.

5 Quare subsistere non
poterunt impij illi, sed
causa sua cadent, quan
do ad normam æquita
tis vita illorum expēde
tur, neq; transgressores
durare poterūt in cœtu
iustorum.

6 Agnoscit enim Do

Qm nouit dñs uiam iustoꝝ et
iter impioꝝ peribit

ſtorũ Domino placet, ita uia impiorum perit.

minus modum viuendi iuſtorum, & gratus eſt illi: ſed vitę genus illorum qui Deum non habent præ oculis, interibit.

PSAL. II.

1 *VT frendunt gentes? ut populi uana moliuntur?*

2 *Concurſant reges orbis, & principes in unum coëunt, aduerſus Dñm & Chriſtum eius.*

3 *Rumpamus, inquiunt, uincula eorum, & lora eorũ à nobis proijciamus.*

4 *At qui cœlos habitat Dominus, ri=*

II.

1 QVæ dementia fecit exteras nationes inter ſe conſpirare, & iudaicam factionem, rem ſtultã, animo concipere?

Quare fremuerunt gentes, &c.

2 Oppoſuerunt enim ſe, qui reges ſunt orbis, & principes inito conſilio conſpirauerũt aduerſus Dominum & Chriſtum illius.

3 Rumpamus inquientes, laqueos eorum, abijciamus à nobis vincula eorum, ne pareamus legibus eorum.

4 His minis nihil aliud quàm ei qui cœlos ipſos inhabitat, riſum

det, ac ludit eos.
5 *In ira & furore*
suo sic turbat, &
adfatur eos.
6 *Ego uerò ungã*
regem meum, super
Zion montem san=
ctum meum.
7 *Erudiã eũ lege*
Domini, sic etiam
apud me cogito, tu
es filius meus, ego
hodie genui te.
8 *Postula à me, &*
dabo tibi hæredita
tem gentiũ, & præ
dia tua erunt orbis
termini.
9 *Quos baculo*

mouent & ipsi Domin[o]
cachinnum.
5 Quando enim videbi
tur illi, loquetur tanq̃
iratus cum eis, & velu
ti grauiter cõmotus tur
babit, & irrita faciet
omnia consilia eorum.
6 Ego interim, inquit
Dñs, inuitis illis præfe
ci regem, qui mihi pla
cet, monti Sion, in quo
sanctitatis meæ specimi
na edere constitui.
7 Arripio ego rex cõdi
tionem, & tanquam fir
missimè decretũ in acta
referam hoc, quod Do
minus dixerit ad me, fi
lius meus es tu, ego ho
die genui te.
8 Et, si popósceris à me,
veluti patrimonium, &
hæreditario iure tuos,
possidebis omnium na
tionũ populos, & ditio
tua extendetur vsq; ad
extremos fines terræ.
9 Tamq; tibi erit fa

*ferreo reges, ac frã=
ges tanquam figu=
linum uas.*

10 *Idcirco reges
quæso sapite, & di
sciplinam recipite
ô iudices terræ:*

11 *Vt deferatis Do
mino timorem, &
cum metu exulte=
tis ei.*

12 *Vt amplectami=
ni filium, ne illo
irato, pereatis pro=
pter studia uestra:
nam cum breui ex=
ardebit ira eius, ô
felices qui sperant
in eum.*

cile, si rebellare volue-
rint, confringere illos
sceptro tuo ferreo, & po
testate regia, quàm agu-
lo frangere vasculum,
quod paulò antè finxe-
rat ipse.

10 Quare tandem resi-
piscite ô reges, & rectã
admonitionem admitti-
te, quotquot estis iudi-
ces terræ.

11 Et depositis ridicu-
lis minis, libenter vos
imperio Domini subdi
te, & gaudete talem vo-
bis cõtigisse regem, me-
mores interim quantus
sit, & quàm metuendũ,
ne offendatur.

12 Itaq; filium quẽ vo-
bis præfecit, osculami-
ni, & amicitiam illius
expetite: ne fortè ira-
scatur, & vos à recta
via aberretis: si enim
veluti ira accensus, cum
rebellibus vobis agere

PSAL. III.

1 *QVàm multi sunt ò Dñe, qui tribulãt me? quàm multi qui insurgũt aduersum me?*

Dñe qd multiplicati sũt.

2 *Quàm multi, qui de me dicunt, Deus non saluabit eum?* סלה

3 *Cùm tu Dñe ꝑpugnator meus sis gloria meà, quiq; caput meum exaltas.*

4 *Voce mea cùm ad Dñm clamo, exaudit me de monte*

cœperit, quod nisi resipiscatis, breui futurum est, serò sentietis quàm verè felices fuerint, qui se illius imperio subdiderunt.

III.

1 DOmine quàm sunt multi, qui affligunt me? plurimi insurgunt aduersum me.

2 Multi dicunt de me, nulla ẽ huic in deo spes reliqua salutis.
Tam inueniuntur impudenter scelerati.

3 Cùm toties tu arripueris in prælio scutum contra hostes pro me, & fueris mihi insignis gloriæ autor, & erexeris caput meum.

4 Voce itaque mea ad Dominum etiam nunc clamabo, & ille exaudiet me è cœlo, monte videlicet sanctitati il-

ſuo ſancto. סלה

5 *Equidẽ recumbo ac dormio, iterum Dño me fulciente, iterum reſurgo.*

6 *Nihil metuo myriades populorum quæ me circũſtant.*

7 *Tu enim Dñe deus meus ꝓdibis ad ſaluandum me: tu percuties maxillam omniũ hoſtiũ meorum, & dentes impiorum cõminues.*

8 *Tua Dñe eſt ſalus, tua igitur bonitate proſequere populũ tuũ.* סלה

lius peculiariter dicato. Certo certius.

5 Ego iacebam & ſuauiter dormiebã, & finito ſomno ſecurus ſurgebam, certò ſciens ꝙ adeſſet Dñs mihi.

6 Quare non metuiſſem tum vel centum hominum milia: etiam ſi ſummo ſtudio vndiq; oppugnaſſent me.

7 Exurge Dñe, & eam ſecuritatem redde mihi: ſerua me mi Deus, qui percutere ſoles omnium inimicorũ meorum maxillas, & ignominioſè veluti colaphum impingere illis, & dentes impiorum malè de me loquentium confringere.

8 A ſolo te expectanda eſt vera ſalus, qui in populum te agnoſcentem mirificè ſemper fuiſti liberalis. Quod certò conſtat.

PSAL. IIII.

Cum in uocarem exaudi uit me.

1 *O Deus iustitia mea, qui me exaudis ad te clamantē, & in angustijs constitutum, in latitudinē educis, miserere mei, & exaudi orationem meam.*

2 *O mortales hoīes quousq; spreta magnitudine mea, uana diligetis? quousq; nugacia sectabimini?* סלה

3 *Quousq; agnoscetis, quòd Dñs eum quem amat eripit? Dñs quum ad eum clamo, exaudit me.*

IIII.

1 CVm anxiè implorem auxiliū tuū, exaudi me quæso Deus innocētiæ meæ testis, qui in angustias redacto mihi latissimū sæpe de improuiso campum aperuisti, etiam nunc miserere, & votis meis responde.

2 Vos principes viri, qua tandem fronte me, quem Deus hoc honore dignatus est, studebitis cōtumelia afficere, idq; frustra? quod enim tentatis, nunquam succedet vobis. Ita res habet.

3 Hoc saltē agnoscite, q̃ miris modis Deus sanctum quendam sibi elegerit: Dñs exaudiet me quoties opem illius implorauero.

4 *Cõtremiſcite & nolite peccare: meditemini in cubilibus ueſtris cum ſilentio.* סלה

5 *Sacrificate ſacrificia innocẽtiæ, & ſperate in domino.*

6 *Multitudo iſta dicere ſolet, quis præſtet nobis bona? cũ tu Dñe lumen uultus tui ſup nos manifeſtaueris.*

7 *Qua tu re lætitiam infudiſti cordi meo maiorẽ, quàm ipſi habeãt in diuite prouentu tritici & muſti ſui.*

4 Date operam ſedulò ne peccetis: ſi enim perpenderitis rem ipſam apud animũ veſtrum in lectis veſtris ſoli, deſinetis de me ſiniſtrè loqui. Procul dubio.

5 Si quemadmodũ externis ſacrificijs, ita innocentia ſtuderetis placare Deum, tutò illi fidere poſſetis.

6 Multi dicunt, vtinam aliqs pręſtet nobis diuitias: tu verò fac luceat nobis, q te diuitijs præferimus, lumen vultus tui Dñe, & fauor tuus erga nos appareat.

7 Non inuideo diuitias illis, quin potius gaudio affeciſti animũ meũ, ꝙ illis frumentũ & vinum, quẽadmodũ optauerãt, abũdãter prouenerit, & diuites facti ſint.

8 *Tutò igitur & in pace accumbam ac dormiā: nam tu* Dñe *solus præstas ut securè habitem.*

PSAL. V.

1 A*Vdi uerba mea* Dñe, *intellige cogitationē meam.*

Verba mea auribus percipe Domine.

2 *Attēde uoci clamoris mei ô rex & deus meus, quoniā tibi supplicabo.*

3 *Tēpestiuè exaudi uocē meam* Domine, *tempestiuè enim adcommodabo me tibi & contemplabor.*

8 Sine metu, fauore tuo contentus, nō minus feliciter quàm diuites illi, & iacebo, & obdormiscam: quia tu Domine, qui solus potes, singulari quodam modo ab omni metu liberum habitare facies me.

V.

1 VErba mea auribus hauri Domine, intellige cogitationem animi mei.

2 Considera q̃ valida voce ex animo clamem ad te, qui mihi proprie & rex es, & Deus, quare & venio oratū ante omnia te.

3 Domine mane exaudies vocem meam, summo mane componā ad te precationem meam, & videbo assecutum me quod volebam.

4 *Nam tu es Deus*
cui non placet im=
pietas, cui non co=
habitat malignus.
5 *Non constãt corã*
oculis tuis uiolenti,
odio habes oẽs qui
operantur scelus.
6 *Perdis mendaces,*
sanguinarios, &
fraudulẽtos abomi=
naris Domine.
7 *Ego autem fretus*
multitudine bonita
tis tuæ, uenio ad æ=
dem tuam, adoro in
tẽplo sancto tuo re
ligiosè te metuens.
8 *Duc me dñe tua iustitia propter aduer=*

4 Non enim Deus, cui
placeat impietas tu es,
neq; habitabit apud te
quisquam malitiosus.
5 Non continget mali/
tiosè stolidis consistere
è regione vultus tui, sed
faciem & fauorem tuum
auertes ab eis: odio per/
sequeris sceleratos.
6 Subuertes mendaces,
hominem sanguinarium
& fraudulentum abomi
nabitur Dominus.
7 Quare ego fret9 mul/
ta misericordia tua, in/
grediar domum tuam,
orabo conuersus ad tem
plum sanctitatis tuæ ma
iestatis tuæ reuerẽter ra
tionem habens.
8 Domine dirige me
ad normam iustitiæ tuę,
non habeant vnde glo/

ſarios meos, & pa=
ra coram me uiam
tuam.

9 *Quoniam in ore*
eorum non eſt re=
ctum, intus corru=
pti ſunt, guttur eo
rum ſepulchrũ pa=
tẽs eſt, lingua uerò
ſua blandiuntur.

10 *Dãna eos ô De=*
us, cadant conſilijs
ſuis, pro multitudi
ne ſcelerũ ipſorum
elimina eos, quoniã
pxodiderunt te.

11 *Contrà uerò læ=*
tentur oẽs qui ſpe=
rãt in te, in æternũ

riantur qui inſidias pa-
rant mihi, fac plana ſit
ante oculos meos via
qua itur ad te.

9 In ſermone hoſtium
meorum nihil eſt, cui tu
tò fidi poſſit: animus il-
lorum ſpurcitijs plenus
eſt: ſepulchro patenti &
cadauerum pædore re-
ferto ſimile eſt guttur il
lorum, per quod erũpit
venenum, quod geſtãt in
pectore: & palàm fit ex
verbis illorum, quantũ-
uis ad fallendum com-
poſita fuerint, aliud ha-
bere illos ĩ ore, & aliud
in pectore.

10 Perde illos Deus, ir-
rita ſint cõſilia illorum,
propter multitudinẽ ſce
lerum quæ deſignãt: ſub
uerte illos: ſiquidem te
quoq; exaſperant.

11 Perde ſceleratos, vt
gaudeant quotquot ſub-
diderunt ſe tibi; & per-

exultēt te illos pro tegente: exultēt in te omnes qui colūt nomen tuum.

petuò exultent, ab omni quod lædere eos posset, te defendente securi, & gaudio expleātur, quotquot amantes sunt augustissimi nomis tui.

11 *Quia tu dn̄e prosequeris iustum, & gratia tua uelut scuto tueris eum.*

12 Felicem muneribus tuis facies iustum Domine, & veluti clypeus proteges illum gratiositate, & fauore tuo exornabis illum.

PSAL. VI.

VI.

1 *Domine ne quæso in ira tua arguas me, & in furore tuo ne corripias me.*

1 Domine ne pro ira tua, quam aduersum me, licet meritò, concepisti, castiga me: neq; probabili, quā ego moui tibi, supplicium sume de me.

Dn̄e ne in furore tuo arg.

2 *Miserere mei domine, quoniā æger sum ego: sana me Domine, quoniam totus despero.*

2 Quin potius misereat te mei Domine, ęger em̄ sum, & te medico magis opus habeo, corpus enim meum conturbatū est totum.

3 *Nam & anima mea uehemẽter tentatur: tu uerò Dñe quousq; cessas?*

4 *Redi Domine, ut liberes animam meam: & per tuam bonitatem saluum fac me.*

5 *Inter damnatos enim nõ est qui tui meminerit: apud inferos quis putas te celebret?*

6 *Laboro gemens, perluo lectum meũ omni nocte, & stratum meum lachrymis liquefacio.*

3 Et animus meus conturbatus est multò magis: tu interim domine quãdo tandem respicies miseriam meam?

4 Redi quæso Domine ad solitam clementiam, & libera animam meam à malis, & pristinæ sanitati restitue me, habita ratione non tam peccatorum meorum, quàm benignitatis tuæ immensæ.

5 Quomodo enim poterit mortuus celebrare memoriã nominis tui & qui demersi sunt ad inferos, quomodo gratum animũ pro acceptis abs te beneficijs ostendere poterunt apud eos qui sunt superstites?

6 Defatigatus sum fletu lamẽtabili, lectũ meũ laui singulis noctibus, & lachrymis meis cubile meum humectaui.

7 *Perijt mihi per*
mœrorē oculorum
acies:emarcui inter
tot hostes meos.
8 *At nūc recedetis à*
me ô scelerati oēs:
Dn̄s enim exaudi=
uit uocē fletus mei.
9 *Dn̄s exaudiuit me*
supplicē: Dn̄s ora=
tionē meā accepit.
10 *Erubescēt ac tur*
babuntur uehemen
ter oēs inimici mei,
mutabuntur & eru
bescent subitò.

PSAL. VII.

1 *DOmine Deus*
meus i te spe

7 Caligine obductus est
præ nimio mœrore ocu
lus meus, hebetata est
acies eius præ metu tan
tæ, qui subuertere me
cupiunt, hostiū turbæ.
8 Discedite à me quot-
quot machinamini ma-
lum mihi, Dn̄s enim pla
catus est lamentabili &
clamoso fletu meo.
9 Audiuit Dn̄s oratio-
nem meā,& precationē
meam admisit.
10 Pudore afficiantur.
& vehemēter cōturben
tur, quotquot inimico
sunt animo in me: con-
uertantur in fugam, &
infames fiant subitò.

VII.

1 DOmine mi Deus Dn̄e de-
spem meā omnem us meus
collocaui in te, quare in te spe
serua me ab hac tanta raui.
multitudine ꝑsequentiū
me,& in manus illorū

ro, ſalua me de o-
mnibus qui me per-
ſequuntur, & libe-
ra me.
2 *Ne rapiant ac*
diſcerpant me tan-
quã leo, nemo enim
eſt qui me adſerat.
3 *Dñe Deus meus*
ſi feci hanc rem, ſi
hæc in me culpa de
prehenditur.
4 *Si damnum mihi*
dantibus, reddidi: ſi
hoſtem meum teme
re ſpoliaui.
5 *Iam perſequatur*
me hoſtis, & com-
prehẽdat, ac me ui-

ne ſinas incidere me.
2 Si enim qui dux eſt
horum, comprehenderit
me, non aliter dilania-
bat, q̃ leo ouiculam ſo-
let, quam nemo è fauci-
bus illius eripit.
3 Domine ſi feci quid-
quam ſimile ſceleribus,
qualia ille deſignat in
me multa, & ſi maliti-
osè vel verbo, vel opere
egi vnq̃ cum illo,
4 Si conatus ſum per-
dere quẽq̃, qui pacẽ &
amicitiam meam ex ani-
mo expetiuit, quemad-
modũ ego expetiui il-
lius hoſtis nũc mei, quẽ
& ſummis è periculis
aliquoties eripui, quã-
uis homo improbiſsi-
mus nunc odio capitali
ſine vlla cauſa perſequa
tur me.
5 Si, inquam, admiſi in
illum quidq̃ tale, per-
ſequatur inceſſanter me

*uum humi concul=
cet: gloriam uerò
meam in lutum de=
figat.* סלה

6 *Exurge & uehe=
re Dn̄e cū ira & in
dignatione tua in
aduerſarios meos,
& præſta quā pro=
miſiſti uindictam.*

7 *Vt te concio po=
pulorum circūdet,
huius tu gratia ite=
rum exaltare.*

8 *O Domine popu
lorū uindex, uindi=
ca me iuxta innocē
tiam & integrita=
tem meam.*

& comprehendat, pro-
ſternat vſq; in terram,
vitā adimat mihi: conſi
lia verò mea, & de me-
liore rerum mearū ſta-
tu ſpes in puluere ia-
ceant, & irritæ fiant
omnes. Ita fiat.

6 Exurge Domine ira-
tus, cōmoueant te furo-
res hoſtium meorum, vt
exciteris, & ſuppetias
feras mihi, quemadmo-
dum & pollicitus es.

7 Quod vbi feceris, in-
gens populorum turba
accurret, & amplectetur
te, orabitq; vt digneris
te in altiſsimo regni tui
ſolio collocare, & rex
eſſe illius.

8 Quam prouinciā non
grauatè ſuſcipiet Do-
minus, & iuſtè iudica-
bit populos illos, iudica
& me quæſo ſecundum
iuſtitiam & innocētiam
meam.

9 *Cesset obsecro malignitas impiorum, iustum autem fulcias, ô cui corda & renes perspecti sunt Deus iuste.*

10 *Securitatẽ meã Deo acceptam fero, qui seruat rectos corde.*

11 *Deus uindex iustus est: Deus omni tẽpore cõminatur.*

12 *Si non redimus, gladium suum uibrat, arcum intendit ac instruit.*

13 *Accõmodat sibi arma ad interficiendum: sagittas suas ut*

9 Perdet tandem ipsa maleuolentia impios: verùm tu confirmabis iustum, qui scrutator es cordium, & renum Deus iuste.

10 Defensor meus est Dominus, qui victoriam tribuit, & seruat eos, qui candido sunt pectore.

11 Deus & iusti est iudex, & eius qui sceleribus suis Deum irritat assiduè.

12 Cõtra talem, qui resipiscere non volet, gladiũ suũ acuet Deus, & arcum tendet, & oculis aptè admouebit, vt non aberret à scopo, sed rectà petat illum.

13 Præparata apud se habet tela mortifera, parabit ea, quomodo solent qui ardentissimè

incendant, inficit.

14 *En iste mõstrum parturit, ærumnam enim concepit, & pariet mendacium.*

15 *Lacum incidit & effodit, sed incidet in foueã quam fecit.*

16 *Recidet enim ærumna in caput eius, & scelus in uerticẽ eius descendet.*

17 *Gratias ago Domino pro eius iustitia, & canã nomen domini altißimi.*

PSALMVS VIII.

persequuntur aliquem.

14 Sceleratus autem ille parturiet iniquitatem, nocere magnopere cupiens, concipiet animo stultum & molestum laborem, & tandem pariet rem nihili.

15 Effodit foueam, & apertam reliquit, sperans vt ego incidam imprudens in eam: verum longè illi diuersum eueniet, corruet enim ipse in eam, nunquam extrahendus illinc.

16 Recidet studium nocendi in caput ipsius, & in verticẽ capitis ipsius iniuria, qua me afficere conatus est.

17 Ego verò liberatus ab insidijs ipsius, celebrabo Dominum pro iustitia, quæ gemina est illi, & cantabo nomen Domini altissimi.

VIII.

1 dñe dñs noster q̃ admira. *DOmine Dñs noster, quàm admirãda est maiestas tua per uniuersam terrã, quæ laudem tuam usque ad astra tollit.*

2 *Quam ori infantiũ & lactentiũ inseruisti, robur quoq; propterea quòd hostes & inimicos tuos captiuos ducis & ulcisceris.*

3 *Cùm cõsidero cœlos facturã digitorum tuorũ, lunã & stellas q̃ tu fecisti.*

4 *Quantus, dico,*

1 DOmine omnium nostrũ Domine, q̃ merito magnifica sparsa est fama nominis tui per vniuersam terram: argumenta sunt gloriæ & maiestatis tuæ maximæ quę apparent in cœlis.

2 Res mira præterea, q̃ sola infantum, & lac adhuc sugentium acclamatione pro armis vsus sis contra hostes tuos, & omnipotentiæ manifestum ostendens argumentum re tam imbecilli subuerteris inimicum, & eum qui veluti vindicem se opposuerat tibi.

3 Quoties video cœlos tuos, opera digitorum tuorum lunam, & reliquas stellas, quas elegantissimo ordine in illis collocasti.

4 Tum sic apud me co

est homo, ꝙ eius meminiſti? quòd eius ratione habes?

5 *Minuiſti eũ paululum à Deo, gloria & honore circundediſti eum.*

6 *Præfeciſti eũ operibus manuum tuarũ, & omnia pedibus eius ſubieciſti.*

7 *Oues et boues oẽs, omnes beſtias agri.*

8 *Volucres in aëre, piſces in pelago, & quicquid per maris itinera tranſit.*

gito, deus bone, q̃d eſt miſerabilis homuncio, ꝙ tu illius rationem habeas: aut Adæ nepos, ꝙ tu inuiſere illũ, & amicitiam contrahere cum illo digneris.

5 Feciſti illum tantum non deum, gloria & honore coronaſti illum.

6 Dominum feciſti illum operum tuorum, omnia enim ſubieciſti pedibus illius.

7 Oues & boues vniuerſos, & reliqua etiam iumenta, quibus pabulũ ſuppeditant campi.

8 Aues in aëre volitantes, piſces qui natant in mari, & quicquid vſquã degit in vllis aquis.

9 Domine omnium noſtrum Domine quàm meritò ſparſa eſt ma-

9 *O' Domine Dominus noſter, quàm admiranda eſt maieſtas tua per uniuerſam*

terram.

PSAL. IX.

1 *CAnam te Domine ex toto corde meo, & celebrabo res tuas admirabiles.*

Confitebor tibi dñe i toto corde meo.

2 *Lætabor & exultabo in te, uehẽdo nomen tuum altißime.*

3 *Eò quòd inimicus meus retro abijt, corruit, ac perijt uirtute tua.*

4 *Tu enim uindicasti me, & iudiciũ meum perfecisti: throno deniq; imposuisti, ô iudex iuste.*

gnifica fama nomis tui per vniuersam terram.

IX.

1 LAudabo Dominũ toto pectore meo, scribã ipse quàm varia admiratiõe digna designet.

2 Gaudebo & exultabo serio, ꝙ propitium habeam te, psalmis celebrabo nomẽ tuum, licet omni sit laude maius.

3 Cõuersi in fugã inimici mei viribus destituebãtur, & funditus ipsi perierunt opera tua.

4 Tu enim cũ ego viribus illis impar essem, pro me stetisti contra hostes meos, & causæ meæ patrociniũ suscepisti, sedisti ꝓ tribunali, & executus es iustitiam.

5 *Tu cõpescis gen=*
tes, perdis impios,
& nomen eorũ de=
les in perpetuum.
6 *Hostile ferrum*
prorsus tollis, ur=
bes excindis, ut no=
men earũ cum ipsis
intercidat.
7 *Dominus autem*
inæternũ tenet im=
perium, qui solium
suũ ad æquitatis cu
stodiam parauit.
8 *Hic orbem iusti=*
tia tẽperat, & per
æquitatem populis
ius reddit.
9 *Asylum est Do=*

5 Increpasti gẽtes, sub-
uertisti impium, memo-
riam nominis eorũ abo
leuisti nunquã restituen
dam.
6 O inimice finem ha-
bent populationes tuæ,
neq; posthac amplius ti-
bi vnq; dabit᷑ populan-
di potestas: ciuitatulas
certe aliquot sic subuer
tisti, vt memoria illarũ
perierit cum admiratio-
ne transeuntium.
7 Tu quidẽ tyrãnidem
ad hunc modũ, Dño ad
tempus cõniuente, exer
cuisti: verùm ille perpe-
tuò securus & trãquil-
lus sedebit, & obserua-
bit omnia, & iam nunc
parat solium suum, vt
sedeat pro tribunali,
8 Vt iudicet orbem to-
tum iustisimè, & cau-
sas pupillorum expẽdat
æquisimè.
9 Quare aderit Do-

minus pauperi, & refugium in articulo angustiæ.

10 *Hinc est ut in te sperent, quibus notũ est nomẽ tuũ, tu enim nõ deseris qui te quærunt* Dñe.

11 *Canite* Dñm *qui Zion habitat: memorate inter populos consilia eius.*

12 *Quoniã sanguis oppressorũ memor, inquirit in eũ. neq; præterit clamorem eorum.*

13 *Misereris* Dñe, *& intentus es in*

minus protector illi, qui iniuste opprimitur: protector aderit opportunus, etiam in medijs tribulationibus,

10 Tunc spem indubitatam concipient de te, vbi experti fuerint præsentiam nominis tui, & re ipsa discent te nunquam defuisse illis, qui studẽt placere tibi ô Domine.

11 Psalmos canite in laudem Domini habitatoris Sion, spargite in vulgus admiranda consilia illius.

12 Qui vindicabit sanguinem eorum, qui iniustè oppresſi fuerant, nunquam negliget Dominus clamorem pauperum.

13 Miserere mei Dñe, aspice afflictionẽ meã, qua affligunt qui odio persequuntur me: tu enim

adflictionẽ quæ mihi ab inimicis meis irrogatur, & de potestate mortis adseris me.

14. *Vt exponam omnem laudem tuam in Zion, & exultẽ in salute tua.*

15 *Cũ cõtrà, gentes in interitum mergantur quem parauerũt, & pes eorũ reti quod tetenderunt, capiatur.*

16 *Notũ facit Dominus iudiciũ suũ, cùm in ipso opere suo comprehenditur peccator.* הגיון סלה

ille es, qui erigis, & retrahis me à ianuis & faucibus mortis.

14 Vt conscribam & commemorem varios te laudandi modos, illis, qui versantur in portis Sion, & gaudio afficiã eos propter salutem iam miraculose allatam mihi per te.

15 Deciderunt gentes in foueam, quam ipsæ parauerant, reti illo quo alijs insidiabantur, illaqueatus est pes illarum.

16 Notum est Dominum æquitatis esse studiosum, & quòd sceleribus suis illaqueabitur impius. Res procul dubio digna, quæ imo reponatur animo.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

17 *Abeũt ad inferos*
impij, & omnes gẽ
tes quæ Dei obliui=
ſcuntur.
18 *Pauperis autem*
nulla prorſus fiet
abliuio, & adflicto
rũ expectatio nun=
quàm fruſtrabitur.
19 *Exurge Domi=*
ne ut nõ inualeſcat
homo, iudicẽtur gẽ
tes coram te.
20 *Ingere eis pauo=*
rẽ, ut agnoſcãt ſeſe
hoies eſſe. סלה

17 Abibunt impij ad
inferos, vnà cum vniuer
ſis gentibus, quibus cu
ræ non eſt Deus.
18 Non enim perpetuò
obliuioni dabitur pau
per, patiẽs expectatio af
flictorũ comperietur tan
dem nõ fuiſſe inanis.
19 Exurge Domine ne
inualeſcat homũcio fu
tilis, tractetur cauſa im
piarum gentium coram
te.
20 Incute dñe terrorem
illis, & oſtẽde gentes il
las impias ſibi, vt ſen
tiant homines eſſe ſe mi
ris modis miſerabiles.

X.

1 QVouſq; dñe ſtabis
procul ſemotus à
nobis, hoc maximè tẽpo
re, quo periclitãtur tui?

1 PSAL. X.

Dñe vt qd receſ ſiſti lõgè

QVi ergo nunc fit, ô dñe, ut longiſſi=
me abſis, ut lateas in anguſtiæ tẽpore?

2 *Humilis perit in=*
ſolentia impiorum,
ô ſi cõprehẽdantur
in coniurationibus
quas cogitant.
3 *Gloriatur impius*
cũ animi ſui cupidi
tates impleuit, lau
datur prædo, quiq;
Dñm blaſphemat.
4 *Impius pro faſtu*
animi ſui, iſtud nul
lius reputat, non
enim aduocat deum
in omnibus ſcelera=
tis conſilijs ſuis.
5 *Prophanæ ſunt*

2 Summa cum arrogan
tia impius perſequitur
pium, capiantur potius
impij ſceleratis illis con
ſilijs, quibus alios ſub-
uertere ſtudent.
3 Placet enĩ impius ipſe
ſibi, & facit quidquid il
li petulantia animi ſug-
geſſerit: nec deſunt qui
adulentur ob ſpem præ
dæ illi, tam manifeſtè
blaſphemo in Dñm.
4 Impius præ animi ſui
arrogãtia futurorum ſe-
curus erit, Dei verò ne
ſemel quidem illi in mẽ
tem veniet.
5 Modis omnibus om-
ni tempore nocere cona
bitur, quæ interim de
illo ô altiſsime ſtatuis,
penitus ignorat, ſed ve-
luti furibundus & cęcus
aduerſarios ſuos vni-

uiæ eius omnes omni tempore, ſublata ſunt
è conſpectu eius iudicia tua, omnes ho=

ſtes ſuos cõtemnit.
6 *Sic enim apud ſe*
constituit; non mu=
tabo ullum tempus
quod non cum ma=
litia traducam.
7 *Execratiõe ple*
num eſt os eius,
fraude ac dolo, ſub
lingua eius labor
ſedet ac dolor.
8 *Verſatur foris*
circũ chortes ad in
ſidiandum, ut clàm
trucidet inſontem,
oculi eius in præter
eũtes intenti ſunt.

uerſosvel ſolis minis per
diturum ſe confidit.
6 Perſuaſum enim ha
bet duraturum ſe longiſ
ſimo tempore, nec incõ
modi quicquã accepturum.
7 Execrabilia ſunt om
nia, quæ loqtur, & frau
des meras habet ſermo
illius peſtilens, & iniqui
tate ſcatens.
8 Sedebit in angulis vil
larum iuxta publicas vi
as, vnde clancularijs eru
ptiõibus irruet in inſon
tem, oculis prætereun
tes pauperes obſeruabit
ex latibulis ſuis proſpi
ciens.
9 Inſidias collocabit in
locis occultis, nõ mino
re crudelitate, quam leo
inſidiatur ouiculæ ex
antro ſuo: inſidiabitur

9 *Inſidiatur è latibulo, tãquã leo è cubi*
li ſuo: inſidiatur ut ſpoliet destitutum,

ut ſpoliet attrahen
do eum naſſa ſua.
10 *Cõcutit hũiliat,*
ac deijcit uiolentia
ſua prætereuntes.
11 *Sic enim ſecum*
putat, ignorat De=
us: auertit enim fa
ciem ſuam, ut pror=
ſus non uideat.
12 Exurge *igitur*
Dñe Deus, *extende*
manũ tuam, & ne
obliuiſcaris eorum
qui oppreßi ſunt.
13 *Cur enim con=*
tẽnat impius Deũ,
& in corde ſuo di
cat, ꝙ nihil cures?

enim in hoc vt dilaniet
eum, quo viribus ſupe-
rior erit: dilaniabit au-
tem abſq; vlla commiſe-
ratione quicũq; in illius
rete inciderit.
10 Vbi illaqueatum vul
nerauerit pium, ſubſi-
det clam, ne latrocini-
um deprehendatur: ad
hunc modum viribus il
lius cecidit ingens miſe
rorum turba.
11 Perſuaſit ſibi Deum
negligere hæc, & auer-
tere faciem ſuam ab his,
nec habiturum vnquam
rationem horum.
12 Exurge Dñe Deus,
leua in altũ, validius per
cuſſurus, manũ tuam, ne
neglige pios oĩ huma-
no auxilio deſtitutos.
13 Qua patientia ferre
potes impium in te tam
manifeſte blaſphemum,
vt dicere audeat, non
eſſe Deum, qui cura-

14 *Videas igitur, tu*
enim es qui laborẽ
& dolorẽ conſide=
ras, ut in manũ tuã
tradantur. tibi de=
relictus eſt humilis
ac imprudẽs: pupil
lo tu fers auxilium.
15 *Cõtere fortitudi*
nem impij & mali=
gni, ut ſimul cũ im=
pietate ſua pereãt.
16 *Dominus imper*
petuum rex permã
net, at omnes gen=
tes è terra pereũt.
17 *Deſideriũ adfli=*
ctorum exaudi dñe,
præbe aurem tuam pectori eorum.

turus ſit hæc?
14 Verum ille cũ maxi-
mo ſuo malo fallitur: vi
diſti enim quæ fecit om
nia, maleuolẽtiam & ſce
lera ipſius tu diligentiſ-
ſime obſeruaſti, oſtenſu-
rus & noſſe flagitia illi9
& ptãtẽ habere ſumẽdi
ſuppliciũ de illo, & cu-
rã te gerere miſerorum
turbę, qui pupillis ſemꝑ
eſſe ſoles auxilio.
15 Cõfringe brachiũ, &
potẽtiam impij, & ma-
litioſi: inquire in impie-
tates illius, quoad nulla
reliqua fuerit impunita.
16 Dominus eſt rex &
ſeculi huius, & æterni-
tatis: extirpatæ ſunt gen
tes de terra illius.
17 Deſideria piorũ au-
diuiſti Dñe, gubernabis
corda ipſorũ: ꝑbebis au
res tuas precibus eorũ.

18 Vindica pupillũ & humilẽ, ne mortalis homo posthac uim audeat inferre.

18 Vt supplicium sumas de pupillorũ & aliorũ pauperum oppressoribus: ne tentet amplius viribus suis fidere miserabilis homuncio prognatus è terra.

PSAL. XI.

1 Domino fido: quomõ nunc dicetis animæ meæ, abi hinc protinus in montes tuos uolucre citius?

2 Ecce enim impij arcum intendunt, adcõmodant sagittas suas neruo, ut clàm petãt qui sunt integro corde.

3 Vt funditus perdant, iustus autem

XI.

1 Cum in Domino spẽ meã posuerim, qua fronte ridere audebitis me dicentes, fuge de mõte in montem, sicut soles cum tuis, & absconde vsq; te in antro, sicut cõsueuit passer? In Dño confido.

2 An nescitis quoties impij tetenderint arcus, aptauerint sagittas suas ad neruum, hoc studiosè agentes, vt clàm tela sua iacularentur in eos, qui candido sunt pectore?

3 Ipsi quidẽ lædere studuerunt, verùm in ipso conatu irrita facta sunt consilia, quæ ipsi

quò se uertet.

4 *Dñs qui in tẽplo sancto suo est, Dñs cuius in cœlo soliũ est, oculis suis inspicit, palpebris suis scrutatur filios hominum.*

5 *Dñs cõtẽplatur iustũ, impiũ autem & scelerum studiosum odit ex animo.*

6 *Pluit laqueis sup pctõres, ignis, sulphur, procella & tẽpestas, poculũ sũt quo eos potat.*

7 *Iustus enim Dominus iustitiam a=*

putabant certissima, neque iustum, cuius opus stabile erit, lædere unquam potuerunt.

4 Dominus est in regia sanctitati suę dicata, Dominꝰ in cœlo habet soliũ suum; vnde oculi illius contemplãtur omnia, & palpebræ illius obseruant diligentissime quæcunqȝ designant posteri Adæ.

5 Dominus obseruat & iustum & impium, sed eum qui amans est inæquitatis, odio persequitur ex animo.

6 In modum pluuiæ proijciet in impios lapides igne & sulphure circumlitos, qui vnà cum horribili tempestate portio quædam erũt calicis, & supplicij illorum.

7 Quia iustus est ipse dominus, nõ potest nõ esse

mat, æquitate inten tus est uultus eius.

PSAL. XII.

1 *FEr opem ô Domine, quoniam perijt sanctimonia, recessit fides à filijs hominum.*

2 *Vana loquitur quisq; cum proximo suo, sermonem blandum omne cor meditatur.*

3 *Excindat Dominus omne os blandiloquum, & linguã grandiloquam.*

iustitiæ amantissimus: quare eum qui candido est pectore, vultu suo placidissime aspiciet.

XII.

1 TE seruatore op⁹ habeo Domine, nullus enim reliquus est sanctus: esse desierunt inter homiẽs qui fidi sunt & integri. Saluum me fac d.

2 Mendacia quisq; loquitur cũ socio, & apud amicum suũ lingua vtitur fraudulenta, cui duplex anim⁹ scelerata suggeret verba.

3 Perdet Dominus vniuersa labia fraudulenta, & linguã quæ nõ loquitur nisi grandia cũ Dei ipsius contemptu.

4 Qui dicere audent lingua nostra fortiter fal

4 *Qui dicunt, confortemus linguas nostras, nitamur labijs nostris, deinde quis*

nobis dn̄abitur.

5 *Propter calami tatem oppreſſorum igitur, & gemitum pauperū exurgā di cit Dn̄s, ſalutiq́; re ſtituam, & reſpira re faciet eum.*

6 *Eloquia Domini eloquia puriſsima ſunt, uelut argen= tum incendio à ter= ra repurgatum, ac ſepties liquatum.*

7 *Tu igitur Domi ne abſtine eos, & cuſtodi nos ab iſto genere hominū im= perpetuum.*

lemus, labia habemus in noſtra poteſtate, quis no ſter eſt dominus?

5 Propter gemitum pau perum, & eiulatum miſe rorum, nūc exurgam di cit Dominus: collocabo pauperem eo loco, vt tu tus futurus ſit ab illo, qui lædere virulenta ſua lingua conabatur illū.

6 Verba et promiſsiōes Dn̄i candidiſsimæ ſunt ipſo argento igne dilig̃ tiſsimæ expurgato pu riores, à quo arte, & in ſtrumentis ad eam rem aptis, ablatum eſt quic quid inerat terræ impu rioris, idq́; ſepties repe tita purgatione.

7 Quare tu Domine ſer uabis optima fide ea quæ promiſiſti, & libe rabis nos, quemadmodū pollicitus es ab eiuſmo di hominum genere per petuò.

8 *Omnia enim ple na fiunt impijs, cum uanitas exaltatur in ter filios hominum.*

8 Circunquaque tum impij obambulabunt se curi, cùm principatum nacti fuerint, qui inter homines sunt perditis simi.

PSAL. XIII.

1 *QVousq; obliuiſceris mei Dñe, an ne imperpetuũ? quousq; abscondes uultum tuum à me?*

2 *Quousq; uolutabo consilia in animo meo? quanto tempore exercebit labor cor meum? quousq; exaltabitur hostis super me?*

3 *Contemplare & auxiliare Domine Deus: illustra oculos meos, ne morte*

XIII.

1 QVousque tandem obliuiſceris mei, perpetuò ne Domine? quousque auertis tãquã iratus vultũ tuũ à me?

Vsque quo Domine obliuiscer.

2 Quousq; vanis curis animam meam affligã, quæ nihil præter mœrorem continuum pariũt? quousq; sines inimicum meum erigere cristas aduersum me?

3 Habe quæso rationẽ calamitatis meæ, & exaudi me dñe mi Deus, illumina oculos meos,

obdormiam.

4 *Neque dicat ho stis meus, superior illo factus sum: ne, si loco mouear, ex= ultent, qui mihi in= fensi sunt.*

5 *Ego enim tua bo nitate nitor, gestit cor meum ad salu= tis tuæ aduentũ, ut tibi canam cum eã mihi largitus eris.*

PSAL. XIIII.

Dixit insipiẽs in corde.

1 *Dicunt uani in cordibus su= is, non est Deus: corrupta et horren da studia sectãtur,*

ne forte obrepat somnus mortis.

4 Ne forte dicat inimicus meus glorians, factus sum illo superior, & hostes mei exultent, si ego periero.

5 Ego certe in tua benignitate posui omnem spem meam, quare nihil dubito, quin futurum sit, vt gaudeat cor meũ ob salutem mihi abs te allatam, & materiam habiturus sim cantandi laudes Domini, vbi vltus fuerit iniuriam, qua affecerunt me hostes mei.

XIIII.

1 SVnt qui eò stoliditatis peruenerint, vt nullum putent esse Deum: quæ impia persuasio hoc effecit, vt à nullo scelerũ genere abstineant homines corruptissimi: quorum studia tam spurca

nullus quod bonum
est operatur.
2. Dñs quũ aliqñ de
cœlo ꝓſpiceret ſup
filios hominũ, ut ui
deret an eſſet, qui
aut ſaperet, aut nu
minis curã gereret.
3. Hic omnes defe=
cerant, omnes pari=
ter corrupti erant,
nullus quod rectum
eſt faciebat, ne unus
quidem.
4. Num enim ſape=
rent omnes qui ſce=
leri addicti sũt? qui
populũ meum tan=
quam cibum deuo=

ſunt, vt nauſeam cuiuis
generare poſsint: neq;
ſit quiſq; inter eos, qui
curet facere bene.
2 Dominus è cœlo con
templatus eſt poſteros
Adæ: vt videat num ſit
in tanto hominum nume
ro cordatus quiſq;, qui
Deo ſtudeat eſſe charus.
3. Vniuerſi à Deo defe-
cerunt, & abominabi-
les penitus facti ſunt,
nec eſt qui faciat bene,
ne vnus quidem.
4 Mirum profecto eos,
quibus mandata fuerat
cura plebis, potuiſſe eò
amentiæ peruenire, vt
licere credant opprime-
re miſeros: & deuora-
re populum meum non
maiore commiſeratio-
ne, quàm deuorari ſo-
let fruſtũ panis: re ipſa
certe videntur de Deo
nihil vnquam legiſſe,
& officij ſui parum me-

rant? quiq; Domi=
num nõ inuocant?
5 *Istic ergo trepi*
dabũt, quum Deus
ad iustorum partẽ
stans, dicet istis.
6 *Vos consiliũ in=*
opis ludibrio expo=
suistis: sed Domin⁹
spes eius est.
7 *Quis dabit Israë*
li salutem de Zion?
quum reducet Do=
minus populum su=
um, exultabit Ia=
acob, & lætabitur
Israël.

mores esse.
5 Quare tum vehementissimus de improuiso pauor corripiet eos: cùm viderint Deum his adesse, qui iustitię studiosi sunt, & execrari vos sacrilegos.
6 Qui non solum nemi nem ad pietatem inuitatis, sed si quis fortè pauper pio cõsilio spem suam omnem ponat in Domino, illud veluti stultum ridebitis: sed finis ipse docebit, vtri sapiant magis, vos ne, an illi.
7 Vtinam præstet Dominus, vt ex Sion prodeat salus Israëli promissa: cùm reduxerit enim, & è captiuitate liberauerit populũ suum Dominus, exultabit seriò Iacob, & lætabitur Israël.

PSAL. XV.

1 *Domine quis habitet in tabernaculo tuo? quis uersetur in monte tuo sancto?*

2 *Qui innocenter uiuit, quod iustum est operatur, & ueritatē in corde suo meditatur.*

3 *Qui non circunuenit lingua sua, proximo suo malū non facit, & socio suo non intulit opprobrium.*

4 *Qui nullius reputat impios, qui uerò Dominum timent in precio habet, qui quod proximo iurauit*

1 Domine quis recipietur in tabernaculū tuum Domine
quis habitabit tecum in quis habitabit.
cœlo veluti monte, in
quo sacrosancta maiestas
tua peculiari quodā modo apparet?

2 Ambulans syncerè absq; fuco, faciēs quod æquum est, & qui dicit quæ dicit bona fide ex animo.

3 Nulli nocere studet lingua sua: nec damno afficit amicum suum, nec ignominia vicinum suum.

4 Qui ipse contemptor sui, & de seipso nihil minus quàm magnificè sentiens alienæ virtutis est admirator: maximi aūt facit eos, qui reuerenter colūt dominū,

non facit irritum.
5 *Pecunia ſua nõ*
fœnerauit, & mu=
nus ſup innocẽtem
non accepit: qui fa
cit hæc, non moue=
tur in perpetuum.

PSAL. XVI.

1 *CVſtodi me de*
cõſerua me dñe. *us, quoniã in*
te ſpero.
2 *Cõfitebor domi*
no, Dominus meus
es tu, bona mea ad
te nihil ſunt.
3 *Totus aliquãdo*
incumbebã ſanctis,
& præcipuis qui in terra ſunt:
4 *Sed cùm increbreſcerent incommoda*

firmiſsimè ſtatuit ĩ ami-
citia ſemel cum aliquo
inita perſiſtere, nec pro
poſitum mutabit.
5 Qui pecunia ſua non
exercuit vſuram, nec mu
nus in perniciem inſon-
tis accepit: qui facit hęc,
non peribit vnquam.

XVI.

1 CVræ ſim tibi omni-
potens deus, ſpes enĩ
mea omnis ſita eſt in te.
2 Perſuaſum habes ò
anima mea, & dixiſti ad
dominum, dominus om
niũ es tu, quare ſi quid
in me eſt boni, id tibi
vſui non erit.
3 Sed ſanctis, qui degũt
in terra, & fide robu-
ſtis, modis omnibus pro
deſſe ſtudebo.
4 Qui multo labore &
ſuperſtitione victimas

da eorum, retro cedebant: non libabo ſanguinaria libamina eorũ, neq; adſumam nomina eorũ in labia mea.

5 *Dñs autem pars hæreditatis meæ & calix meus: tu ſuſtines meam ſortem.*

6 *Sors cecidit mihi in pulchra, & hæreditas mea placet mihi.*

7 *Gratias ago Domino quòd me admonet: nam & noctu corrigit me conſcientia mea.*

offerre conabuntur, illos mihi illarum victimarum ſanguine adeo libare nõ iubebo, vt ne mentionem quidem vnq̃ amplius eiuſmodi libaminũ fieri apud me velim.

5 Dominus enim ipſe portio eſt & veluti patrimonium populi, qui partes ſequetur meas, & calicis mei particeps fiet: quare tu Domine tu taberis illos, qui veluti ſorte obtigerunt mihi.

6 Funes ceciderunt mihi in locis amœniſsimis quib⁹ aſsignata mihi eſt hæreditas tam ſpecioſa, quàm vel optare potuiſſem.

7 Laudabo ergo Dominũ, qui in omnibus à cõſilijs fuit mihi, quin & noctibus medijs erudiebant me renes, & immiſſæ mihi à domino diuinæ cogitatiões.

8 *Suspicio coram me Dñm iugiter, ad dexterã enim mihi adest ne mouear.*

9 *Hinc est ut gaudeat cor meum, ut exultet magnitudo mea, ut deniq; caro mea securè qescat.*

10 *Non enim derelinques animã meã ad inferos, nec dabis ut sanctus & amatus tuus uideat corruptionem.*

11 *Notã facies mihi semitam uitæ ex hilarabis me uultu tuo, lætitia in*

8 Opposui veluti scopum ante oculos meos semper Dominum, qui quia adest mihi ad latus dexterum, nemo perdere poterit me.

9 Ob hanc ergo causam gaudio affectum est cor meũ, & serio exultauit, quã tanto honore dignatus es, anima mea: corpus quidem meũ in sepulchro iacebit, sed nihil dubitabo, quin excitaturus sis illud.

10 Scio enim nõ relictu rum te animã meã apud inferos, neq; permissurũ vnquam, vt qui tam insi gniter illam tuam benignitatem expertus est, vllo modo corruptiõi fiat obnoxius.

11 Sed viã potius ostendes, qua ad vitam peruenire licebit, & ad omnis generis gaudiorum copiam summã, ad

dextera tua est im=
perpetuum.

PSAL. XVII.

1 *EXaudi Domi*
ne innocentiã
meam, attende cla=
mori meo, ausculta
orationi meæ de la=
bijs minimè dolosis
prodeunti.

2 *Iudicium meum*
à te prodeat : oculi
tui contemplentur
æquitatem.

3 *Proba cor meũ,*
explora nocte, in=
cende me, & nihil
inuenies, statui enĩ
ne uerbo quidem transgredi.

contemplationem vide-
licet vsq; tui, quæ qui-
buscunq; contingit, gau
dijs explebuntur nun-
quàm finiendis.

XVII.

1 AVdi Dñe iustã pre-
cationem, accommo
da te ad audiẽdũ clamo-
rẽ meũ, aures præbe pre
cationi meæ, est em̃ ex
animo ꝑfecta et ab omni
fuco quàm alienissima. Exaudi dñe iusti tiã tuã.

2 Pronuntia tu in cau-
sa mea, expendant ocu-
li tui, quæ recta sunt.

3 Pernouisti enim me,
qui exploratum habes
cor meum, scrutatus es
enim illud nocte, quan-
do maximè dediti cogi
tationibus esse homines
solent: examinasti & to-
tum me, nec inuenisti
id quod animo cogitaui,
discrepare ab ore meo.

4 *Ab operibus hominum, & à peruersorũ itineribus ego tempero, propter uerbum labiorum tuorum.*

5 *Serua greßus meos intra orbitas tuas, me in trãsuersũ abeãt uestigia mea.*

6 *Equidem clamo ad te ut succurras ò Deus, præbe aurem tuam mihi, & audi uerba mea.*

7 *Destina bonitatẽ tuã, tu qui dextera tua seruas ab insurgentibus, fidentes.*

8 *Custodi me sicut oculi pupilla custo=*

4 Odio eorum quæ passim mala fiunt ab hominibus, præceptionũ tuarum memor operam dedi, vt essem à moribus sceleratorum hominum ꝙ alienissimus.

5 Quare iuua quæso conat⁹ meos, & firma gressus meos ĩ vijs illis, quibus itur ad te, vt nõ turbentur vestigia mea.

6 Imploraui auxilium tuũ, certus quòd exauditurus esses me omnipotens Deus: præbe ergo aurem tuam mihi, vt audias preces meas.

7 Aufer misericordias tuas ò seruator fidelium potius ab illis, qui sese erigunt aduersus maiestatem tuam.

8 Me autem custodi ea

ditur : ſub umbra
alarum tuarum ab=
ſconde me.

9 *Ab impijs, qui*
me adfligunt, ab ho
ſtibus meis, qui ani
mam meam circun=
uallant.

10 *Qui opibus ſuis*
obruūt, & ore ſuo
ſuperbè intonant.

11 *Itinera noſtra*
obſident, & ocu=
los ſuos ad terram
uertunt.

12 *Similes ſunt leo=*
ni prædæ auido, iu=
ueni leoni qui ex
occulto inſidiatur.

diligentia, qua cuſtodi
ri ſolet pupilla oculi,
ſub vmbra alarum tua/
rum abſconde me.

9 Et libera me à metu
impiorum, qui ſubuer/
tere ſtudent me, & ho/
ſtium, qui ſupplantare
conantur me.

10 Qui tam ſunt paſti
bene, & obeſi, vt arui/
na obſtructa videantur
ora illorum, quare & cō
temptim & cum faſtu de
alijs loquentur.

11 Itinera noſtra iā nūc
obſederunt, oculis ſuis
ſtudioſè obſeruabunt,
quo terræ loco expan/
dere ꝗ commodiſsime
in noſtram perniciē poſ
ſint retia ſua.

12 Quiſq; illorum ſimi
lis eſt leoni, qui maxi/
mo ſtudio inhiat prędę.
& catulo leonis, qui in/
ſidiatur ex locis occul/
tis prætereūti ouiculæ.

13 *Surge Domine, occupa, et supinum sterne eũ, & redime gladio tuo animã meam ab impio.*

14 *Manu tua domine à mortalibus, à mortalibus huius seculi, qui in hac uita parte sua fruũtur, tu enim de penu tuo imples uentrem eorũ, ut cũ filijs saturi fiant, deinde reliquias quoq; infantibus suis mittant.*

15 *Ego autem cum innocentia comparebo coram te, & satiabor cùm adparebit gloria tua.*

13 Exurge Domine, anteuerte illum, & prosterne illum, animã autem meam libera ab impio, qui gladius est tu⁹,

14 Et à viris, qui flagellum sunt tuum Domine, à viris, inquam, qui spem suam dum viuunt ponunt in diuitijs, quorum ventres si impleueris delicijs, & abundare feceris eos liberis, quibus relinquant morienres diuitias suas, bene secum, actũ putabũt, æternitatis securi.

15 Ego verò iustitiæ q̃ diuitiarum studiosior, illam comitẽ habens, videbo placidissimũ vultum tuũ, explebor gaudio cum exurrexero, & apparueris ea mihi forma, quę propriè tua est.

PSAL. XVIII.

1 *Diligã te Dñe robur meũ.*

2 *Domĩe tu es præruptum meum, munimẽtum meum, & refugium meũ: Deus meus, & petra mea quo nita: scutum meum, cornu salutis meæ, & asylum meum.*

3 *Laudibus cũ cano Dñm, ab inimicis meis saluus fio.*

4 *Circundederant me funes mortis, torrentes Belial intumuerant contra me.*

5 *Laquei inferorum circunuenerant me,*

XVIII.

1 MEritò! amabo tè Diligãte Domine, cùm sis Domine fortitudo mea.

2 Dñs instar rupis, & turris semper fuit mihi: seruator meus, dux meus, & fortitudo mea, quare spem oẽm meam collocabo in eo qui pro clypeo fuit mihi, cornu salutis, & ipsissima mei ꝓtectio semp fuit ipse.

3 Omni laude dignissimum inuocabo Dominũ, & ab inimicis meis liber ero.

4 In præsentissimis periculis mortis constitutus eram, veluti cinctus vinculis mortiferis, torrentes enim diaboli terrebant me.

5 Funes infernales circundederant me, irre-

mortis tẽdiculæ me
anteuerterant.
6 *At ſic in angu=*
ſtia cõſtitutus inuo
cabam Dñm, & ad
Deum meum clama
bã : exaudiuit ergo
de tẽplo ſuo ſancto
uocẽ meam, ut pri=
mũ clamor meus ad
aures eius peruenit.
7 *Commouebatur*
ac tremebat tellus,
fremebãt montium
fundamenta & con
cutiebantur: iraſcebatur enim ille.
8 *Aſcendebat fumus de nare eius, & de*
ore eius uorans ignis, ita ut de eo carbones
incenderentur.

titum habuerant me re-
tia mortifera.
6 Quotieſcunq; affligeba-
bar, inuocabam Domi-
num, & ad Deũ meum
clamabam, qui & audi-
uit è regio ſuo palatio
vocem meam: & clamor
meus in conſpectum il-
lius peruenit, imò vſq;
ad aures ipſius.
7 Cõmouebatͬ & con-
tremiſcebat terra, fun-
damenta montium con-
cutiebãtur quoties ipſe
iraſcebatur eis.
8 Aſcendebat fumus
ab ira ipſius, & veluti
ignis ab ore illius cun-
cta deuaſtans, carbo-
nes accendebantur ab
ipſo.

9 *Flectebat cœlos*
ac descendebat: sub
pedibus eius erat ca
ligo.
10 *Vehebatur autẽ*
super Cherubim ac
uolabat, uolabat su
per alis uentorum.
11 *Tenebras circũ=*
ponebat sibi instar
tabernaculi, in qui=
bus lateret, aquas
deniq; atras, & nu
bes imbrificas.
12 *De fulgore con*
spectus eius nubes
procedebant, grando & ignis radij.
13 *Tum intonabat supernè Dominus, &*
excelsus uocem suam dabat: hic grando

9 Inclinauit cœlos, &
descendit,& caligo erat
sub pedibus eius.
10 Et vehebat̃ ipso Che
rub tanquã volasset,vo
lasset inquam pẽnis ipso
vento celerioribus.
11 Fecit tenebras latibu
lum suũ circũ se,in mo-
dum tugurij habebat ob
scurissimas aquas, &
densissimas nubes.
12 Pręfulgore quo ap-
paret iustis, densissimæ
illæ nubes abeũt ad ho-
stes,vnà cũ grãdine, &
veluti ignitis carboni-
bus cũ grãdine ꝑmixtis.
13 Excitabat & toni-
tru in cœlo Dominus,
& altissimus dedit vo-
cem suam, grandinem
videlicet ignitis car-

& ignis radij.
24 Mittebat ac dißi
pabat ſpicula ſua,
fulgura multipli=
cabat, ac diſijciebat
ea.
25 Aperiebãtur fon
tiũ uenæ, retegeban
tur orbis fundamen
ta obiurgatiõe tua
dñe, reſpiratiõe ac
ſtomacho iræ tuæ.
25 Manũ ergo mit
tebat ex alto, &
arripiebat me, atq;
extrahebat de aqs
uehementibus.
27 Eripiebat me de ui hoſtium meorũ, &
de oſoribus meis, qui me ſuperauerant.

bonibus permiſtam.
14 Et iaculabatur ſa
gittas ſuas, quibus diſſ
ſipabat eos : fulgura im
mittebat, quibus terrẽ
bat eos.
15 Et videbantur pro
fundiſsima aquarum re
ceptacula, denudaban
tur fundamẽta orbis ex
perta iram tuam Domi
ne, & flatum venti abs
te irato immiſsi.
16 Demittebat è ſum
mo cœlo, qui me eripe
ret, & extraheret ex il
lis malorum vndis, in
quibus verſabar.
17 Quiq; liberaret ab
inimico potente, & ab
ijs qui odio me perſe
quebantur, quamuis
multò eſſent robuſtiores
me.

18 *Qui me tempore aduersitatis occupauerant: Dominus autem ferebat auxilium mihi.*

19 *Et educebat me in latum, liberabat me, quoniam elegerat me.*

20 *Reddebat mihi Dominus iuxta innocentiam meã, & iuxta mundiciã manuum mearũ retribuebat mihi.*

18 Callidis suis cõsilijs circumuenire incautum conabantur me tempore afflictionis meæ, sed Domin⁹ tempestiuè adfuit mihi adiutor.

19 Et eduxit me ex angustijs in locũ spatiosissimũ, quia amauit me.

20 Retribuit mihi Dominus secũdũ integritatem meam, secundũ puritatem manuum mearum rependit mihi.

21 Quia custodiui vias Domini, nec eò perueni, vt impiè de Domino sentiens deficerem à Deo meo.

22 Quæ iustissimè mihi ab ipso præscripta fuerant, versabant̃ assiduè

21 *Obseruaueram enim uias Domini, neq; defeceram à Deo meo.*

22 *Ante oculos enim teneo cunctas leges eius, & mores eius non amando à me.*

23 *Hinc est ut equi*
dem integer sim er=
ga ipsum, & me=
ipsum custodiam à
scelere.
24 *Dominus autem*
reddat mihi iuxta
innocētiam meam,
& mundiciam ma=
nuum mearum, pro
sua liberalitate.
25 *Erga sanctum*
sanctus es, & erga
hominem integrum
integer.
26 *Erga electum*
electus es, & er=
ga peruersum peruersus.
27 *Tu enim populum humilem saluas, &*

ob oculos meos, & man
data illius nunquam re
puli à me tanquam pare
re nollem illis.
23 Certè simpliciter &
purè versabar coram il
lo, & sollicitè caui, ne
impietate mea offenderē
illum.
24 Quare & retribuit
dominus mihi ꝑ iustitia
mea, & pro puritate ma
nuum mearum, quæ no
ta erat illi.
25 Cum cādido eñ cā
didè geres te, & cū pro
bo viro probissimè.
26 Viro gratioso gra
tiosissimū exhibebis te,
econtrario verò cum im
probo te geres, quemad
dum illius meretur im
probitas.
27 Tu enim populum
humilem salute dona

ſupercilium faſtuoſorum humilias.

28 *Tu illuminas lucernam meam, Domine Deus meus, tu illuſtras tenebras meas.*

29 *Te duce, cuneos perrũpo, in te Deo meo murũ trãſilio.*

30 *Dei uia immaculata eſt, Domini eloquium repurgatum: ille ſcutum eſt omnium in ſe ſperantium.*

bis, oculos verò ſuperbos humiliabis.

28 Tu lucidam feciſti lucernam meam Domine, Deus meus illuſtrauit, quæ obſcurata fuerant in me.

29 Quare adiuuante te rumpam aciem quantũuis inſtructam, & auxilio Dei mei tranſiliã murum.

30 Ipſe Deus integerrimus eſt in omnibus operibus ſuis, ſermo Dñi ab omni fuco alieniſsimus, inſtar clypei ipſe eſt oĩbus qui fidunt illi.

31 Quis enim Deus prę ter Dominum? & quis fortis præter Deum noſtrum?

32 Ipſe eſt ille Deus, qui cinxit me vndiq; ro

31 *Quis enim eſt Deus præter Dominũ? aut quis omnipotens præter Deũ noſtrũ?*

32 *Deus eſt qui me accingit fortitudine,*

& uiam meam integram seruat.

33 *Qui meos, ceruorum pedibus pares facit, & in editum constituit me.*

34 *Qui instruit manus meas ad pugnam, & brachia mea, ut arcus æneos confringam.*

35 *Tu protēdis mihi salutarem clypeum tuum, dextera tua sustētas me, et familiaritate tua auges me.*

bore, & fecit vt incōtaminata esset vita mea.

33 Ipse fecit vt pedes mei, non minus essent veloces, quàm sint ceruorū, & quoties opus fuit, veluti in editis locis, vbi tutò mihi esse licebat, collocauit me.

34 Docuit manus meas arma tractare, sic vt frangere potuerim brachijs meis arcū etiā ferreum

35 Dedisti mihi clypeū, quo seruatus beneficio tuo sum, dextera tua stabiliuit me, & benignitas tua potentem fecit me.

36 Aperuisti mihi viam, qua tutò gradiri possem, quare nunquàm vacillauerūt pedes mei.

36 *Dilatas iter meum sub me, ne labantur tali mei.*

37 *Persequor hostes meos & assequor, neque redeo donec toti consumantur.*

38 *Cōcido eos quo minꝰ resurgere possint, cadunt sub pedes meos.*

39 *Tu accingis me fortitudine ad prælium, & prosternis sub me qui in me insurgunt.*

40 *Tu præbes mihi iugulum hostium meorum, & inimicos meos dißipas.*

37 Persequar inimicos meos, donec comprehendero illos, nec reuertar, nisi deletis illis.

38 Sic vulnerabo eos, vt subsistere non possint, corruent subtus pedes meos.

39 Tu enim vndique cinxisti me robore, & gerēdis bellis idoneum fecisti me, prosternebas enim quotquot insurgere conabantur aduersum me.

40 Effecisti vt inimici verterint terga mihi, & odio habentes me subuerterint.

71 Clamabant, nec quisquā liberabat eos, etiam ad Dominum, sed non exaudiebat eos.

41 *Inuocant, sed nemo exaudit, ad Dominum quoq;, sed non fert eis opem.*

42 Et cõminuo eos
tanquam puluerem
qui uento rapitur,
& contemptos red
do ſicut lutum in
plateis.

43 Tu eripis me de
contentionibus po=
puli, conſtituis me
caput gentium: po=
puli quos non no=
ui, ſeruiunt mihi.

44 Ad primũ audi
tum auris optempe
rant mihi: noti uerò deficiunt à me.

45 Notis pertæſum eſt, & declinant à con
ſueta ſemita ſua.

46 Viuat Dominus, & benedictus ſit,
qui eſt petra mea, altus uehatur Deus

42 Diſpgebã eos nõ ali
ter quàm puluerẽ vẽtus
ſolet, & tanq̃ lutum pla
tearũ cõminuebam eos.
43 Liberabis me à rixis
& iniurijs populi, cõſti/
tues me caput gentium,
populus quẽ non cogno
ui, ſeruiet mihi.
44 Solo auditu obſequẽ
tes fiẽt mihi, deſertores
verò mentientur mihi.
45 Deſertores ſemper
in metu erũt, & abdent
ſeſe in latibulis ſuis.
46 Viuit Dominus,
& omni eſt laude ma/
ior, qui ſemper inſtar
rupis fuit mihi, & ex/
altabitur Deus au/

qui est salus mea.
47 *Deus qui mihi ul*
tionem sumere do=
nat, & subijcit mi=
hi populos.
48 *Eripit me ab ho*
ste, superiorẽ facit
me his qui insurgũt
in me, & de quouis
malo liberat me.
49 *Propterea canã*
te inter gentes Do
mine, et nomini tuo
psallam.
50 *Qui regem tuum*
salute multa ditas,
beneficijs prosequeris unctum tuũ Dauid,
& semen eius usq; imperpetuum.

PSAL. XIX.

tor salutis meæ.
47 Ipse est Deus, qui
potestatem tribuit mi-
hi vlciscendi me, & so-
lis verbis subiecit popu
los mihi.
48 Ipse est, qui liberat
me ab inimicis meis, &
tu domine superiorem
me facies omnibus qui
insurgunt aduersum me,
& contra virum iniquũ
tutaberis me.
49 Quare gratias agam
tibi pro gentibus quas
subiecisti mihi domine,
& nomen tuũ cantabo.
50 Qui auges in immẽ
sum salutifera dona regi
tuo, & benignitatem tuã
ostendes christo tuo Da
uid, & semini eius per-
petuò.

XIX.

Cœli enarrant gloriam Dei.

1 OMnipotẽtiã Dei narrãt *& exponunt, cum cœli* ipsi, *tum firmamentum, opus manuum illius.*

2 *Dies quisq; idẽ prædicat, idem insinuant, ut sciatur, singulæ noctes.*

3 *Non est sermo, aut lingua, ubi non audiatur horum omnium uox.*

4 *In omnem terram exit oratio eorum, & uerba eorum ad terminos orbis.*

1 IPsi cœli cõmemorant gloriam Dei, & q̄ potente vsus sit manu in cõdendis operibus suis, palàm facit tam vastus cœlorum ambitus.

2 Dies vnus indicat subsecuturum alterum, & nox vna docebit nos cognoscere aliã: perpetua enim vicissitudine mutuò succedunt.

3 Nullum est idioma, nec vlli sermones, quibus audita non sit vox illorum: nullus est enim vsquã populus tam barbarus, ad quem horum notitia nõ peruenerit.

4 Vniuersam terram p̄uagata est doctrina eorum, & vsque ad extremos orbis fines peruenerunt prædicationes illorum: ipsi soli aptauit dominus habitaculum in eis, & imperium dedit in eos.

5 *Soli posuit in eis tabernaculũ, è quo uelut sponsus è thalamo suo procedit, & uelut gigas gestit ad percurrendum iter.*

6 *A termino cœlorũ egreditur uno & ad alterũ terminum eorum contendit, et nemo est qui se à calore eius abscondat.*

7 *Sic lex Domini perfecta est, restituit mentem: testimonium Domini uerax, sapientiam docens pueros.*

8 *Castigationes, siue mulctæ Domini*

5 Estq; persimilis sol ipse sponso, qui exurgens egreditur de thalamo suo, gestiens tanquã vir strenuus absoluere cursum suum.

6 Ab altero cœlorum extremo cursum instituet, & longo tractu ad alterum vsq; extremũ perueniet, nec quisquam expers erit caloris eius.

7 Lex domini pura auocat à malo, pactum Domini fidele sapientem facit eum, qui fuerat imperitus antea.

8 Mandata Domini æqua exhilarant animum: præceptum Domini purum illuminat oculos.

æquæ ſunt, cor exhi
larantes: præceptũ
domini purũ eſt, &
oculos illuminat.

9 *Timor Dñi mun*
dus & firmus im=
perpetuum, iudicia
dñi ſimul æqua &
iuſta ſunt.

10 *Delicatiora quã*
aurum uel obrizum
immenſum, & dul
ciora quã aut mel
aut fauus.

11 *Quæ, qui ſeruus*
tuus eſt, cuſtodit, in
illorũ enim obſeruãtia multa merces eſt.

12 *Quis aduertit animum ad errores? ab*
his ergo quæ me latent abſolue me.

9 Reuerentia quę debe
tur domino, quia mun
da eſt, perpetuò dura
bit: iudicia domini ipſa
ſunt veritas, & modis
omnibus æquiſsima.

10 Amabilia ſunt ipſa
magis quàm aurũ, etiã
ſi puriſsimum ſit & plu
rimum: & ſuauiora ſunt
melle, & fauo mellis dul
ciſsimo.

11 Certè ſeruus tuus do
cetur per ea, & quicun
que ſecundum illa vixe
rit, mercedem aſſeque
tur magnificam.

12 Quæ errore cõmitti
mus tam ſunt multa, vt
ne deprehẽdere quidem
quiſquam poſsit oĩa: quare
ab eiuſmodi, quæ laten
ter irrepunt, mũda quæ
ſo me.

13 *Tum ab his quo=*
que quæ ꝑ audaciã
admiſi, quo minus
me ſibi ſubigãt: ſic
enim purgabor &
abſoluar ab ingenti
tranſgreßione.
14 *Placeãt oro uer=*
ba oris mei, & me=
ditatio cordis mei
tibi ô Domine pe=
tra mea, & redem=
ptor meus.

13 Præcipuè autem à
ſuperbia & faſtu auo-
ca me, ne dominentur
in me: quod ſi feceris,
mundus ero, & à ſcele-
re alienus.
14 Sint quæſo grata ti
bi verba hæc oris mei,
& gratus ſit animi mei
affectus in te Domine,
qui Deus es meus, & re
demptor meus.

XX.

1 EXaudiet te Domin⁹ Exau-
tẽpore tribulationis. diat te
ſuppetias feret tibi ma- dñs.
ieſtas Dei Iacob.
2 Immittet robur tibi è
loco ſancto, & ex Sion
ſtabiliet te.

PSAL. XX.

1 *EXaudiet te Dominus in articulo*
anguſtiæ: proteget te maieſtas Dei
Iacob.
2 *Mittet tibi auxiliũ de ſancto, et de Zion*
tuebitur te.

3 *Memor erit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum perlitabit.* סלה

4 *Dabit tibi iuxta cor tuum & omne consilium tuum perficiet.*

5 *Exultabimus super salute tua, & maiestati* Dei *nostri magnificè gratulabimur : perficiet enim* Dominus *omnes petitiones tuas.*

6 *Nunc scio quòd saluum faciet* Dominus *unctum suum:* Do*minus opem feret ei de cœlo suo sancto, uirtutæ salutaris dexteræ suæ.*

3 In memoria habebit quæcunque obtulisti unquam illi sacrificia, & oblationes tuas qualescunque propinquissimis habebit. Procul dubio.

4 Dabit tibi quicquid desiderabit cor meum, omnia consilia tua complebit.

5 Exultabimus ob salutem quam attulisti nobis, certe omnipotentia dei nostri magni erimus: dabit dominus tibi quicunque colueris illum, quantum desiderare poteris ab eo.

6 Nunc experientia didici, quòd seruauerit Dominus christum suum, quodque exaudierit illum è cœlo, quod sanctissima maiestas illius inha

7 Alij curribus, alij
equis fidũt: nos aũt
nomis Dñi Dei no=
ſtri recordabimur.
8 Iſti ſupini cadẽt,
nos autẽ ſurgemus
& erecti ſtabimus.
9 Serua Dñe, ſer no
bis auxilium ô rex
quũ inuocabimus.

PSAL. XXI.

1 DOmie in for
titudine tua
rex ut letatur? et in
ſalute tua ut exul=
tat præter modum?
2 Deſideriũ cordis
dediſti ei, & petita
labiorum eius non

bitat, & ſalutiferis om-
nipotentiæ ſuæ viribus
ſuccurrerit, illi.
7 Quidam ſe multitudi
ne curruum ſuperaturos
ſperant, alij multitudi-
ne equorũ: nos verò fre
ti auxilio Dei noſtri, ma
gna deſignabimus & me
morabilia.
8 Illi viribus deſtituti
ſunt, & corruerunt: nos
verò perſtitimus, & cõ
fortati ſumus.
9 Dominus ſeruabit ip
ſum regem: et nos quoq;
exaudiet quotieſcunque
implorauerimus auxiliũ
illius.

XXI.

1 DOmine propter ro
bur imiſſum gau-
det rex: & quia tu
autor illi victoriæ fuiſti,
exultat ſeriò.
2 Effeciſti illũ voti com
potem: & quicquid te

Dñe in virtute tua læ- tabitur rex.

negauiſti. סלה
3 *Nam bonorũ li*
beralitate etiã præ
uertiſti eum, & ca=
piti eius auream co
ronam impoſuiſti.
4 *Vitam petijt à*
te, & dediſti ei lon
gæuam ætatem, in
ſempiternum & ul
trà.
5 *Immenſa eſt glo*
ria eius, ſed per tuã
opitulationem ho=
norẽ & ſplẽdorem
poſuiſti ſuper eum.

rogauit, non illi negaſti.
Ita res habet.
3 Vltro anteuertiſti illũ
muneribus optimis: im/
poſuiſti capiti illius co/
ronam ex auro puriſsi/
mo.
4 Vitam petijt abs te,
quam & dediſti illi, nul
lo vnquam tempore fi/
niendam.
5 Summum, beneficio
tuo, aſſecutus eſt bonũ:
gloria & honore cumu/
latiſsimũ reddidiſti eũ.
6 Efficies ne munificẽtię
tuæ expers fiat vnquã:
gaudio explebis eũ, vbi
gratioſiſsimo vultu tuo
exhilaraueris eum.
7 Ipſe enim rex om/
nem ſpem ſuam collo/
cat in te, quare beni/

6 *Sed & perpetua fælicitate donabis eũ,*
lætificabis eum lætitia uultus tui.
7 *Rex enim ſperat in Dominum, & in*

altißimi bonitatē: hinc fit ut labi non poßit.

8 *Sentiant manum tuam omnes hostes tui, experiātur dexteram tuam inimici tui.*

9 *Incende eos uelut clibanum in tēpore indignationis tuæ: Domine in ira tua deglutiat ac deuoret eos ignis.*

10 *Germen eorum de terra perde, & semen eorum ex hominum numero.*

11 *Quoniam moliuntur aduersum te malum, cogitant facinus quod non poßunt.*

gnitas tua, ô altissime, nunquam interire sinet illum.

8 Assequetur man⁹ tua, ô rex, vniuersos inimicos tuos, & dextera tua assequetur eos, qui odio persequuntur te.

9 Aestuare facies eos tanquam furnum incensum, quo tempore iratū te illis ostendes Domine: ira tua dissipabis eos & vorabit eos ignis.

10 Fructum omnem eorum sic è terra euelles, vt nihil remaneat seminis eorū inter homines.

11 Conati sunt enim crimen tibi impingere, idque magno stu-

12 *Sed tu in fugam conuertes eos, & neruo tuo in uultus eorum collimabis.*

13 *Euehere Domine cum fortitudine tua, ut canamus & celebremus potentiam tuam.*

PSAL. XXII.

1 *DEus meus Deus meus, cur me dereliqſti? aliena ſunt à ſalute uerba eiulatus mei.*

Deus deus meus reſpice ī me, quare me dereliqſti.

2 *Inuoco tota die ô Deus meus, ueruntamen non exaudis, quin & tota nocte non taceo.*

dio, ſed perficere nō potuerunt.

12 Quare ſepones eos ab alijs, & facies eorum tanquam ſcopum ſagittis tuis aſsiduè petes.

13 Oſtende Domine quantus ſis, & viribus quantum valeas, vt occaſionem habeamus cātandi, & pſalmis celebrandi omnipotentiam tuam.

XXII.

1 DEus meus, Deus meus, cur deſeruiſti me? cur videor non impetraturus, quamuis id magnis agam clamoribus, liberationem.

2 Mi Deus clamabo per diem, ſed non reſpondebis, & per noctem, abſq; vlla intermiſsione.

3 *Tu uerò qui in sancto habitas, ô gloria Israël.*

4 *Spes patrum nostrorum fuisti, in te sperabant, & liberabas eos.*

5 *Ad te clamabant & eripiebantur, in te fidebant, & non confundebantur.*

6 *Ego autem uermis factus & non amplius homo sum, fabula hominũ, & contumelia uulgi.*

7 *Omnes qui me ui dent contemnunt, retorquent labia,*

3 Interim tu ô sanctissime, veluti securus horum quæ patior, desidere videris, qui succurristi toties, & materia fuisti carminum ipsi Israëli, quibus gratias tibi pro beneficijs agebant.

4 Spem suam ponere in te solebant patres nostri, & quoties id faciebant, tu liberabas eos.

5 Quoties ad te clamauerunt liberati sunt, quoties sese tibi crediderunt, pudore non sunt suffusi.

6 Ego verò vermis esse videor magis q̃ vir, sterquilinium Adæ, & infimæ plebis fex.

7 Quotquot videbant me subsannabant me, conuitiabantur, & moto capite irridentes

& capite nutãt dicentes.

8 *Dominũ suspexit, is redimat eũ, liberet eum, si quidem amat eum.*

9 *Tu uerò excepisti me ab utero prodeuntem, & spes fuisti mihi ad ubera matris meæ.*

10 *In te coniectus sum à partu, tu iam inde à materno utero Deus meus es.*

11 *Ne ergo abeas à me dum angustia adpropinquat: neminẽ enim habeo qui opem ferat.*

12 *Circundant me tauri multi, tauri pin-*

insultabant mihi.

8 Gloria solet hic, inquientes, charum se esse Domino: liberet ergò nunc eum, si tantoperè amat eum.

9 Te procurante prodij ex vtero, & bene sperare iussisti me, quũ adhuc sugerẽ vbera matris meæ.

10 Opera tua eiectus sum è vulua, & curæ tuæ relictus, quũ essem adhuc in vtero matris meæ, deus eras mihi tu.

11 Ne procul igitur abscesseris à me, quia periculum præsentissimũ est, nec quemquam video qui auxilio futurus sit.

22 Cinxerunt me tauri

gues cingunt me.
13 *Hiant ſup̄ me ore ſuo, ſicut leo diſcer pens & rugiens.*
14 *Ego uerò ſicut aqua effuſus ſum, diſſociantur oſſa mea, cor meum in medio uentre meo ſimile eſt liquenti ceræ.*
15 *Exaruit inſtar teſtæ robur meū, lingua mea faucibus adhæreſcit: & ad mortuorum puluerem redegiſti me.*

multi, fortes & velut ſaginati in paſcuis Baſan circundederunt me.
13 Aperuerūt aduerſum me os ſuum: non aliter quàm leo inhiās prædæ & præ fame rugiens.
14 Tanquam aqua fluidus factus ſum, & ſoluta ſunt omnia membra mea, cor meum veluti cera diffluxit intra pręcordia mea.
15 Exaruit tanquam teſta omne robur meum, & lingua mea agglutinata eſt palato meo: & tandem in puluere, quē admodū mortui ſolent, ſepelies me.
16 Circundederūt nāq; me canes, conſpirauerunt aduerſum me peſſimi quique, foderunt

16 *Sed & canes circundant me, concilium peßimorum frangit manus, & pedes meos*

instar leonis.

17 *Omnia ossa mea dinumerantem me inspiciunt, & contemplantur.*

18 *Diuidũt inter se uestem meã, & super indumẽtũ meũ sortem iaciunt.*

19 *Tu ergo Dñe ne moreêris, tu robur meum ad auxiliandum mihi festina.*

20 *Libera à gladio animã meã, & unicam meã à canibus.*

21 *Salua me de rictu leonis, et de cornibus unicornium exaudi me.*

manus meas & pedes meos.

17 Tractatus sum ab eis tam inhumaniter, vt numerare potuerim facilè omnia ossa mea: ipsi adhuc post omnẽ cruciatum toruè aspiciebãt & contemplabãtur me.

18 Partiebantur vestes meas, & de tunica mea sortiebantur.

19 Quare tu quæso Domine ne longè abscesseris hinc: quin potius: quum sis fortitudo mea ferre mihi suppetias festina.

20 Eripe à gladio animam meam, & à violentia canis vnicã meam omni humano auxilio destitutam.

21 Salua me ab ore leonis: & è cornibus vnicornium eripe me.

22 *Et memorabo*
maiestatem tuã fra
tribus meis, in ipsa
ecclesia collauda=
bo te.
23 *Qui timetis dñm*
laudate illum: tu o=
mne semen Iacob
magnifica eũ, reue=
rêre ipsum omne se
men Israël.
24 *Non enim sper*
nit aut auersatur
humilitatẽ adflicti,
neque occultat uul
tum suum ab eo: sed
dum clamat ad eum, exaudit.
25 *De te laudem prædicabo coram tota*
ecclesia, & uota mea coram timentibus

22 Cõmemorabo maie
statem nominis tui fra-
tribus meis, in frequen
tissima ppli turba lau-
des tuas prædicabo.
23 Quotquot estis cul-
tores domini laudate eũ.
vniuersi posteri Iacob
magnifacite eũ, & reue-
renter colite illũ omnes
posteri Israëlis.
24 Quia non despexit,
neq; vilipendit ob mise
riam pauperem, neque
auertit contemptim fa-
ciem suam ab eo: quin
potius quum pauper cla
maret ad illum, diligẽter
auscultauit.
25 Te laudabo carmi-
nibus meis publicè in
frequentia populi, &
quę voui persoluam vi-

te persoluam.

26 *Comedent humiles & saturabuntur, laudabunt Dominum & inquirent eum: uiuat anima eorum imperpetuum.*

27 *Cõuertentur ad Dominum, ac celebrabunt omnes termini terræ, & adorabunt coram eo uniuersæ cognationes gentium.*

28 *Regnum enim gentium Domini erit, & imperabit eis.*

29 *Comedent & diuites omnes terræ, atque adorabunt, genua coram eo flectent,*

dentibus illis qui reuerentur te.

26 Comedent pauperes & saturabuntur, laudabunt dñm quicunq; student placere illi, viuent corda vestra quotquot estis tales perpetuò.

27 Considerabunt hæc, & conuertentur ad Dominum cuncti fines terræ, & supplices fient tibi Domine vniuersæ nationes gentium.

28 Dñi enim ē potestas regia, & imperium habet etiam in gentes.

29 Comederunt, & quā gustassent spiritalia Dñi dona, supplices facti sūt potentissimi quiq; eorū qui terrā inhabitāt, et in venerationē illius genua

omnesq́; ad puluerem descẽdent, aut nõ uiuet anima eorum.

30 *Hoc semen seruiet ei, & laudem Domino canet in sempiternum.*

31 *Venient & narrabũt iustitiã eius, nascituræ gẽti quã Dominus creabit.*

PSALMVS
XXIII.

1 *DOminus pascit me, hinc est ut nullius egeam.*

2 *In speciosa pascua collocat me, & ad tranquillas aquas ducit.*

flectent, etiam mortui omnes in terra sepulti, quia propriã vitam nõ est dedignatus impendere pro illis.

30 Posteri nostri colent eum, scribentur hæc de Domino, vt posteri intelligant.

31 Vt & illi veniant, & annuncient populo qui ab ipsis nascetur, quòd hæc fecerit tam stupenda Dominus.

XXIII.

1 DOminus pascet me, quare nullius egere potero, | Dñs regit me & nihil.

2 In pascuis amœnissimis recubare faciet me, & iuxta aquas leniter fluentes enutriet me.

3 *Animam meã re*
ficit, dirigit me in
itinere iuſtitiæ pro
pter nomen ſuum.
4 *Nam & ſi aber=*
rauero ad uallẽ um
bræ mortalis, mali
nihil metuo, quia
tu mecũ es, deinde
uirga tua & pedũ
tuum ſolantur me.
5 *Adornas mihi*
menſam in conſpe=
ctu aduerſariorum
meorum, unguento
imbuis caput meũ,
& calicem meum imples.
6 *Proſequitur igitur me bonitas & be=*
nignitas tua per omnem uitam, ut habi=

3 Animum reddet mihi,
exercebit nanq; me in
vijs iuſtitiæ, quoniã ita
placitum eſt illi.
4 Etiam ſi eundum mi-
hi ſit per vallẽ tam opa-
cam, vt vmbra illius vn-
diq; mortem minitetur,
nihil metuam: ſiquidem
tu ades mihi: virga enim
tua & pedum paſtorale
tuum à metu liberabunt
me.
5 Inſtrues in conſpectu
meo menſam è regione
perſecutorum meorum,
vt videant & doleant,
vnxiſti vnguento caput
meum, & poculum me-
um ad ſummũ vſq; im-
pleuiſti.
6 Certò certius beni-
gnitas tua, & miſeri-

tem domi tuæ in perpetuum.

cordia comitabūtur me
per omnē vitam meam:
quare tandem inhabita-
bo domū Domini die-
bus nunquā finiendis.

PSALMVS XXIIII.

1 *DOmini eſt terra, & quidqd in ea eſt, orbis, & habitatores eius.*

2 *Ille enim ſuper mare fundauit eam, & ſup flumina conſtituit eam.*

3 *Quis ergo aſcendat in mõtem Dñi? aut quis permaneat in loco eius ſancto?*

4 *Qui innoxius eſt manibus, & mundo corde: qui non eleuat mentem ſuam*

XXIIII.

1 A Domino eſt terra,
& illa rerū omnium
copia, qua terra plena
eſt, orbis inquam terra-
rum ab eo eſt, & quic-
quid vſquam hominum
orbem inhabitat.

Domini eſt terra, & plenitudo.

2 Ipſe enim ſupra ma-
ria firmiſsime ſtabilitā
extare fecit eam, & flu-
minibus elegantiſsimè
diſtinxit eam.
3 Quis aſcendet in mon
tem Domini, & cui per-
manere continget in lo-
co illo, quem tam augu
ſtum inhabitat ſanctitas
illius?
4 Qui puris eſt manib9,

ad uanas ſpes, nec
doloſè iurat.
5 *Hic auferet libe*
ralitatem à Dño,
& iuſtitiam à Deo
ſaluatore ſuo.
6 *Hæc eſt genera=*
tio adquirentium
eũ: Iaacob *eſt qui*
inuenit uultum tu=
um. סלה
7 *Reſerate ò prin*
cipes portas ue=
ſtras, & adperian=
tur portæ ſempi=
ternæ, ut introëat
rex magnus.

& candido pectore, qui
non iurauit ſine cauſa p
animã meã, inquit Do-
minus, neq; fallere quẽ-
quam periurio tẽtauit.
5 Qui accipiet benedi-
ctionem ab ipſo Domi-
no: & iuſtitiam à Deo
autore ſalutis ipſius.
6 Hoc eſt genus illud
hominum, qui quærunt
illum, & participes fieri
cupiũt boni tibi à Deo
promiſsi ò Iaccb. Ita
res habet.
7 Leuate vos portæ ca-
pita veſtra, & tollamini
ianuæ, quæ ab æterno
fuiſtis clauſæ: ingreſſu-
rus eſt enim per vos in-
clytus ille rex.
8 Quiſnam eſt rex ille
inclytus? Dominus for-
tis, & potens, Dominus
valens in prælio.

8 *Quis eſt rex iſte magnus?* Dominus *for=*
tis & potens, Dominus *robuſtus bellator.*

9 *Reserate ò prin=cipes portas ue=stras, & adperian=tur portæ sempiter=næ, ut introëat rex magnus.*

10 *Quis est rex iste magnus? Dn̄s exer=cituum est rex ille magnus.* סלה

PSAL. XXV.

1 *AD te ò Domine mentē meā eleuo.*

2 *In te ò deus meus confido, non erube=scam obsecro, neq; insultent mihi hostes mei.*

3 *Omnes enim qui in te fidunt, non pude=*

9 Auferte vos portæ
vectes vestros, vt pa-
teant ianuæ ab æterno
clausæ: ingressurus est
enim per vos rex ille in
clytus.

10 Quis hic est incly-
tus ille rex? Dominus
imperator cœlestiū exer
cituum, ille hic rex est
summa maiestate cōspi-
cuus. Ita res habet.

XXV.

1 AD te Domine ani-
mam meam erigam. Ad te do mine le- uaui ani mam.

2 Mi Deus totum me
tibi concredidi, quare
nunquam pudefiam spe
mea frustratus, nec cau-
sam exultandi habebūt
hostes mei, tanquam vi-
ctus fuerim ab eis.

3 Quotquot enim expe
ctant auxilium abs te,

fiunt, ſed pudefi=
unt uani præuarica
tores.
4 *Vias tuas Dñe*
oſtẽde mihi, & ſe=
mitas tuas doce me.
5 *Induc & doce*
me ueritatem tuã,
quoniã tu es Deus
& ſalus mea, in te
ſpero omni tẽpore.
6 *Memor ſis miſe*
ricordiæ & boni=
tatis tuæ, quibus ab
æterno uteris.
7 *At ſcelerum ac*
delictorum iuuen=
tutis meæ ne ſis me=
mor, ſed pro tua

non deſtituentur expe-
ctatione ſua: fruſtrabun
tur autem ſpe ſua ſcele-
rati, qui ſine cauſa perſe
quuntur me.
4 Vias quibus itur ad
te, fac noſcam, & ſemi
tas tuas doce me.
5 Guberna me bona
fide, qua facere ſoles
omnia, & doce me: tu
es enim ille Deus, qui
ſalutis autor eſſe ſoles
mihi, quare nihil deſpe-
rans multo tempore ex
pectaui, vt & nunc mihi
ſuccurras tu.
6 Reuoca in memoriam
Domine clementiam &
benignitatẽ tuam: qui-
bus ſeculis ſuperiori-
bus tam liberaliter vſus
es erga tuos.
7 Peccatorum quæ
deſignaui adoleſcens,
& delictorum quæ ſub-
ſecuta ſunt, ne memor
eſſe velis, ſed pro tua

benignitate memen
to mei, & pro bo=
nitate tua Dñe.
8 *Bonus & æquus*
est Dominus, ideo
reducit peccatores
in uiam.
9 *Ducit humiles*
quomodo oportet
cum iudicio, & ad=
flictos docet uiam
suam.
10 *Omnes uiæ Do=*
mini sunt gratia &
fides his, qui seruãt
testamẽtum & fœ=
dus eius.

clementia tracta me tu,
qui natura benignus es
Domine.
8 Benignus & integer
est Dominus, quare nõ
dedignabit̃ docere vel
ipsos peccatores, quo
pacto viuere illos hic
oporteat.
9 Docebit optima ra-
tione, quo pacto viuere
modestos velit, & do-
cebit quæ per illos fieri
cupiat.
10 Quęcunq; facit Do
minus, misericordiæ &
fidei esse plenissima con
stat ijs, qui recipiunt pa
ctum & admonitiones
illius.
11 Propter temet-
ipsum Domine remit-
te precor iniquitatem
meam, quamuis pluri-
mam.

11 *Propter nomẽ tuum Domine propicius*
sis peccato meo, Dñe, quia magnum est.

12 *Quiſquis Dominum timet, eum dirigit in uia quæ ſibi eſt grata.*

13 *Anima eius bonis fruitur, & poſteritas eius terram poßidebit.*

14 *Dominus docet ſecretum ac fœdus ſuum eos qui ſe timent.*

15 *Oculi mei perpetuò ad Dominum intẽti ſunt, ille enĩ explicat è reti pedes meos.*

12 Quàm eſt felix ille vir qui reueretur Dominũ, docebit quo pacto illũ viuere oporteat, vt charus fiat Deo.

13 Anima illius feliciſſimè in bonis verſabitur, & ſemen illius veluti hæreditario iure poſſidebit terram.

14 Secretorum ſuorum participes faciet Dominus eos, qui reuerenter colunt illum, & iuxta pactum quod iniit cum eis, diligenter ipſe docebit eos.

15 Oculi mei aſsiduè obſeruant Deũ, vt ipſe liberet à laqueis & periculis, in quibus verſor, pedes meos.

16 Reſpice clementer me, & miſericors ſis erga me: quia ab omnibus

16 *Conuertere ad me Domine, & miſerere mei, quoniã deſolatus & adflictus ſum.*

17 *Anguſtiæ cordis mei creſcunt: educ ergo me de neceßi=tatibus meis.*

18 *Cõtemplare ad=flictionem meã, & laborem meum, & aufer omne pecca=tum meum.*

19 *Cõſidera hoſtes meos, quia multi ſunt, & ſcelerato odio pſequũtur me.*

20 *Cuſtodi animam meã, & libera me, ne quæſo pudefiã, quoniã in te ſpero.*

desertus & pauper ſum ego.

17 Afflictiones cordis mei latè ſparſerunt ſeſe, ex anguſtijs quibus vndique coarctor, educ quæſo me.

18 Conſidera paupertatem & afflictionem meam, vt auferas à me vniuerſa peccata mea.

19 Cõſidera hoſtes meos quàm ſint multi, & quàm capitali odio perſequantur me.

20 Cuſtos ſis animæ meæ, & libera me, ne pudefiam ego, qui ſpem meam omnem collocaui in te.

21 Innocentiæ & æquitatis ſtudia ſeruent me: ſollicitè enim expecto aduentum tuum.

21 *Integritas & æquitas ſeruent me, quoniam in te ſpero.*

22 *Redime Deus Iſraëlem de omnibus anguſtijs eius.*

PSALMVS

XXVI.

1 *VIndica me Dñe, quoniã innocẽter ambulo: in te Domine ſpero, neq; uacillo.*

Iudica me dñe, quoniã.

2 *Proba me Domine, & explora: excoque renes meos & cor meum.*

3 *Quia bonitatẽ tuam ante oculos meos ſeruo, & in ueritate tua ambulo.*

4 *Nõ habito cum hominibus uanis, & ad ſocordes non ingredior.*

22 Libera deus Iſraëlẽ ex omnibus afflictioni- bus ſuis.

XXVI.

1 IVdex eſto Domine in cauſa mea, vt palàm fiat quòd ſimpliciter fecerim quæ feci, quamq; hoc verè crediderim, te nunquàm permiſſurum vt caderem.

2 Scrutare omnia mea Domine, & experire qui ſim, igne explora renes meos, & ipſum cor meum.

3 Inuenies memorẽ me beneficiorũ tuorũ fuiſſe ſemper: exercui enim me diligenter in fide, quam concepi de te.

4 Non habui familiaritatem cum homi-

5 *Odi cœtum mali=*
gnorum, & inter
impios non ſedeo.
6 *Abluo cum inno*
centia manus meas,
ſic accedo ad aram
tuam Domine.
7 *Vt uoce prædi=*
cem laudem tuam,
& exponam omnia
mirabilia tua.
8 Diligo Domine
habitaculum ædis
tuæ, & locum ubi
manet gloria tua.
9 Ne *iungas cum*
peccatoribus ani=
mam meam, neque
uitam meã cum ſan

nibus vanis: neque cum
ſubdolis cõſuetudinem
habebo.
5 Odio habui conuen-
ticula prauorum: & im-
pios qui nulla certa le-
ge viuũt, auerſatus ſum
ſemper.
6 Lauabo donec puræ
fiant manus meæ: & ſic
tandem amplectar altare
tuum Domine.
7 Clara voce tibi o-
mnia mea accepta re-
feram: & commemo-
rabo quàm multis mo-
dis miraculoſè adfueris
mihi.
8 Domine optaui vehe-
menter, vt mihi contin
gat habitare in domo
tua, & in loco quem tua
maieſtas peculiariter in-
habitat.
9 Quare non perdes
cum peccatoribus ani-
mam meam, nec cum
viris ſanguinarijs vi-

guinarijs.

10 *Quorum in ma= nibus ſcelus inue= nitur: dextera eo= rum plena eſt mune ribus.*

11 *Ego uerò inno= center ambulo: re= dime me, & miſe= rere mei.*

12 *Pes meus in re= cto conſtat. in cœ= tibus laudabo Do= minum.*

tam meam.

10 Quorum opera ſunt ſtudio ſcelerata, quorũ & dextera plena eſt mu neribus.

11 Interim ego in ſimpli citate mea, ſicut huc vſq;, perſiſtam: tu libe ra me à malo, & clemen ter tracta me.

12 Pes meus non aber rauit à recto, quare pa làm in frequentia popu li laudes Domini præ dicabo.

XXVII.

1 DOminus lux mea, & ſalus mea, à quo mihi timebo? Dominus eſt robur vitæ meæ, à quo metuam?

2 Quum educerent co pias meas aduerſum

1 PSAL. XXVII.

Dñs illu minatio mea.

DOminus lux & ſalus mea eſt, à quo me tuã? Dñs robur uitæ meæ eſt, à quonam trepidem?

2 *Dum prodeunt aduerſum me maligni,*

inimici, & hostes mei ut me totũ de= uorent, corruũt & concidunt.

3 *Dum castra fi= guntur contra me, nõ timeo: dum inci= tatur aduersum me prælium, tunc maxi mè securus sum.*

4 *Vnum enim am= bio apud Dominũ, unũ quæro, ut habi tem domi Domini in perpetuũ, ut ui= deam decorem Do= mini, & admirer templum eius.*

5 *Quoniam abscon*

me homines scelerati, vt funditus perderent me inimici mei capita- les: in ipso conatu in- feriores facti, corrue- runt.

3 Si instruatur aduer- sus vnũ me iustus exer- citus, nihil metuet ani- mus meus: & si commit tatur mecum prælium, in ipsa pugna firmissi- mè credam auxilio fu- turum te mihi.

4 Vnum quiddam ora- ui Dominum, quod & pergam indesinenter pe- tere, liberam in domo Domini ab omni solici tudine vitam, vt coràm videre possim quantum sit amœnitatis apud Do minum: & scrutari q̃ sint in regia illius va- ria, & admiratione di- gnissima.

5 Absconderet enim tum me in taberna-

dit me in periculoſo tẽpore, abſtruſit me in intima tabernaculi ſui, & in petram eleuauit me.

6 *Poſtremò autẽ exaltauit caput meum ſuper hoſtes meos, qui me circundederant, idcirco ſacrifico in tabernaculo eius ſacrificium gratiarum actionis, cano & pſallo Domino.*

7 *Exaudi Domine uocem meam qua te inuoco, miſerere mei, & auxiliare mihi.*

culo ſuo, nec ſineret vnquam ſentire me incommodi quicquam: occultaret me in penetralibus domus ſuæ, & veluti ſuper petram hoſtibus meis inacceſſam, collocaret me.

6 Sed & nunc ſcio ſuperaturum me eius beneficio inimicos meos vniuerſos, quamuis vndique oppugner ab illis: quare & immolabo in tabernaculo illius hoſtias, in ſignum ingentis lætitiæ cantabo, & conſcribam Pſalmos in laudem Domini.

7 Audi Domine vocem meam quum clamauero, & miſericorditer tracta me, & reſponde votis meis.

8 *Tibi confitetur cor meum, requirit te uultus meus, faciem tuam Domine desidero.*

9 *Ne abscondas faciem tuam à me, ne auerseris per iram seruum tuũ: robur meum tu es, ne deseras me, neq; derelinquas me ô Deus saluator meus.*

10 *Pater enim meus & mater mea deseruerunt me, Dominus autem suscipiet me.*

11 *Doce me Domine uiam tuam, &*

8 Hortatus ex animo sum, expertus benignitatem tuam, alios, vt studeant comparare fauorem tuum sibi: ego certè faciam quod volent illi, vt placido sis erga me vultu tuo Domine, sedulò conabor.

9 Tu verò noli abscondere à me vultum tuum, neque auerseris tãquam iratus seruum tuũ, qui toties auxilio fuisti mihi, ne neglige nunc me, neque desere Deus autor salutis meæ.

10 Quum pater meus, & mater mea reliquissent me mihi, adiunxit me sibi Dominus, & curam suscepit mei.

11 Ostende mihi Domine viam qua itur ad te, & porrecta manu, quemadmodũ par

duc me in ſemita re
cta propter eos qui
mihi inſidiantur.

12 *Ne tradas me*
Dñe deſiderio ho-
ſtiũ meorũ, quoniã
inſurrexerũt in me
*teſtes periuri, & *
ſcelus cogitatur.

13 *At hoc me ſola-*
tur, certus ſum me
uiſurum eſſe bona
Domini in terra ui
uentium.

14 *Spera igitur in*
Dominum, quiſquis
es, *ille confortabit*
& confirmabit cor
tuum, tu modò ſpe-

uulo mater ſolet, duc
me per ſemitam rectam,
ne hoſtes mei viam in-
tercipiant mihi.

12 Ne permittas me
premi tyrannide ho-
ſtium meorum, quo-
rum opera factum eſt,
vt inſurrexerint aduer-
ſum me teſtes iniqui, &
is qui falſò ſcelus com-
mentus eſt, quod impin
gat mihi.

13 Eò res perducta fuit,
vt niſi firmiſsimę credi-
diſſem, & veluti perſua
ſum habuiſſem viſurũ
aliquando me inſignem
Domini benignitatem
in terra qua viuunt, qui
nunquam ſunt moritu-
ri: tunc animum deſpon
diſſem.

14 Quare patienter
expecta, quiſquis ſa-
pis, auxilium Domini,
ſis animo infracto, nec
dubita quin ipſe con-

ra in dominum.

PSALMVS XXVIII.

1 *AD te ô Domine petra mea*
clamo, ne auerſeris
me quæſo, aut diſsi=
mules, quo par fiã
his qui in foueã de-
ſcendunt.
2 *Exaudi uocẽ ſup*
plicis qui ad te cla=
mo, qui manus me=
as ad adytum tuum
ſanctum attollo.
3 *Ne quæſo me in=*
ter impios reputes
aut inter facinoro=
ſos, qui cum proxi=

fortaturus ſit cor tuum: & quicquid acciderit tibi, feras patienter, & totus pendeas à Domino.

XXVIII.

1 TVum Domine auxilium implorabo, qui inſtar rupis hoſtibus meis inacceſſæ olim eſſe ſoles mihi, ne obſurdeſcas quæſo ad preces meas: ne ſi fortè non reſponderis votis meis, ego fiã ſimilis ijs, qui pergunt ad ſepulchra. Ad te domine clamabo.
2 Audi vocem precationis meæ: clamabo enim ad te, & ſuſtollam in altum manus meas verſus cœlum, in quo veluti in templo ſanctiſſimo maieſtas tua peculiari quodam modo habitat.
3 Ne me vnum è numero impiorum & flagitio

mis ſuis amicè qui= dem loquūtur, ſed malum meditantur in cordibus ſuis.

4 *Da eis pro faci nore & malitia co gitationum eorum, pro opere manuum eorum da illis: red= de eis digna ſe.*

5 *Vt nō aduertūt animū ad opera do mini, neq; ad factu rā manuū eius, ita deſtruat eos ut nul latenus conſtent.*

6 *Gratias ago do mino, quoniam ex= audiuit uocem ſup*

ſorū fieri ſinas, qui ver bis apud ſocios amici tiam ſimulant, & vene num peſtilens in pectore geſtant.

4 Retribue illis ſecun dum illorum demerita, & ſecundum malitiam ſceleratarum cogitatio num, quibus alios ſup plantare ſtudent: ſecun dum opus manuum illo rum redde illis, perſol ue illis quod ſuis ſcele ribus merentur.

5 Et quia non cona buntur cognoſcere Do minum per ea quæ fa cta ſunt ab illo, nec per mirabile hoc creatio nis opus, in quo tam manifeſtè relucet omni potentia manus illius, ipſe deſtruet funditus eos à nullo vnquam re ſtituendos.

6 Dignus eſt qui per petuò laudetur à me

plicis.

7 *Dñs fortitudo mea & scutũ meũ: eo fidit cor meum, ab eo sensi opem, hinc gestit cor me= um, & carmen meũ ipsum celebrat.*

8 *Dominus robur nostrum est, salu= tare robur Christi sui est.*

9 *Salua igitur po= pulũ tuũ, & boni= tate prosequere hæ reditatẽ tuã: pasce & fer eos usq; in sempiternum.*

Dominus: audiuit enim vocem precationũ mea- rum.

7 Dominus fortitudo est mea, & protectio mea, cor meum per o- mnia credidit illi: qua- re & fortis factus sum, & præ gaudio subsilijt cor meum, & carmini- bus meis testabor, quã- tum acceperim benefi- cij ab illo.

8 Dominus vires sup- peditat suis: & præci- pua pars victoriarum Christi sui ipse semper fuit.

9 Tutare Domine po- pulum tuum, & auge donis tuis, quos veluti hæreditario iure bono- rum tuorum participes esse voluisti: pasce eos, & erige eos assidue ma gis ac magis in perpe- tuum.

PSAL. XXIX.

XXIX.

Afferte domino filij dei.

1 TRibuite Domino ô principes, tribuite gloriam & uirtutem.
2 Tribuite nomini Dñi omnipotentiā, adorate ſanctā maieſtatem Domini.
3 Dominus enim aquas ſolo iuſſu regit: Deus omnipotens tonitrum parat: Dominus pelago imperat.
4 Iuſſus Dñi efficax eſt, iuſſus Dñi ſplendidus eſt.

1 TRibuite Domino robuſtiſsimi quique, tribuite inquam Domino gloriam & omnipotētiam.
2 Tribuite Domino, & fateamini eſſe auguſtiſſimum nomen illius, ſupplices efficiamini Domino, quemadmodum meretur ſacroſancta maieſtas illius.
3 Vox Domini commouet aquas, Deus qui digniſsimus eſt omni gloria, tonitru excitat Dominus poteſtatem habet effundēdi in terrā aquas plurimas.
4 Vox Domini eſt potētiſsima: vox Domini eſt magnificentiſsima.
5 Vox Dñi confringit cedros: confringit Dñs cedros Libani.

5 Iuſſu cōfringit Dominus cedros, & certè confringet Dominus cedros Libani.

6 *Inſtar tauri conculcabit Libanum, & Sarion tanquam Monoceros.*

7 *Iuſſus Domini dißipat flammas ignis.*

8 *Iuſſus Domini commouet deſertũ, commouet deſertũ Cades.*

9 *Iuſſus Dñi ceruas infirmat, extirpat ſaltus: in eius ergo templo quiſque dicit gloriam.*

6 Et ſubſilire faciet inſtar vituli Libanum, & ipſum montẽ Sirion nõ aliter quàm pulli ſolent vnicornium.

7 Vox domini ſecat flãmas ignis.

8 Vox Domini contremiſcere facit deſertum, cõtremiſcere facit dominus deſertum Cades.

9 Vox Domini parere facict præ metu ceruas, conſpicua reddet quę latent in denſis & vaſtis ſyluis: interim ĩ templo illius vnaquæq; res pro modulo ſuo agnoſcit maieſtatem illius.

10 Dominus tẽpore diluuij regnũ obtinuit, & manebit rex perpetuò.

11 Dominus vires dabit

10 *Dominus diluuium ſedat: & regnum tenet inæternum Dominus.*

11 *Dominus dat uirtutem populo ſuo:*

UNIVERSITARIA SEVILLA BIBLIOTECA

Dominus prosequitur populũ suũ bonitate & pace.

PSAMVS XXX.

1 *LAudibus euehам te ô Domine, quoniam erexisti me: neq; lætificasti hostes meos super me.*

Exaltabo te domĩe qm̃ suscepisti me.

2 *Dñe deus meus ad te clamaui, & sanauisti me.*

3 *Domine reuocasti ab orco animam meam: restituisti me quò minus descẽderem in foucam.*

4 *Psallite Domino sancti eius, & gra-*

populo suo, Dominus beabit populum suum pace perpetua.

XXX.

1 LAudibus efferam te Domine, ꝙ seruaueris me, nec ansam prębueris hostibus meis insultãdi cũ gaudio mihi.

2 Domine mi Deus imploraui auxilium tuum, & sanasti me.

3 Domine saluã esse voluisti animam meam ab inferis, seruasti me ne fierem vnus è numero eorum qui præcipites eũt in puteum.

4 Cãtate dominũ quot quot experti estis benignitatẽ illius, celebrate memoriam sacrosanctæ

tias agite in sancta
memoria eius.
5 *Quoniā cùm per*
momentum irasci=
tur, per gratiam
suam uita donat: ad
uesperam diuertat
fletus licet, sub au
roram tamen redit
lætitia.
6 *Equidem quum*
dicerē in felicitate
mea: nihil patiar
in æternum.
7 *(Tu enim Do=*
mine tribueras pro
tua bonitate robur
monti meo) pro=
timus ut abscōdebas faciē tuā, cōturbabar.

maiestatis illius.
5 Momentanea est em̄
ira illius, amor verò
quo prosequitur suos,
per omnē durat vitam:
si fortè sub vesperā ac-
cidat flebile quicquam,
illud in ipsa aurora com
mutabitur in gaudium.
6 Ego dicebā nimium
fidens præsentibus, quū
essem in ipso flore meo,
felicitas hæc durabit,
nec quicquam experiar
vnquam mali.
7 Tu profectò Domi-
ne muniuisti id quod
præcipuum est, & ve-
luti mons in me muni
tione firmissima, sed ca
stigaturus stultitiā meā
auertisti paulisper faci-
em tuam à me, & turba
ta sunt omnia consilia
mea.

8 *Hic ad te Domine clamabam, tibi Domino meo supplicabam.*

9 *Quis inquã usus est sanguinis mei, si abiero in perditionem? Num puluis confitetur te? num laudat ueritatem tuam?*

10 *Exaudi ergo Domine, & miserere mei, Dñe fer opem mihi.*

8 Quare iterum clamabo ad te Dñe, & incessanter Dominũ orabo.

9 Quæ quæso vtilitas esset me sanguine fuso pergere ad interitum? celebrare ne poterit te puluis, aut prædicare constantiam & stabilitatem tuam in promissis?

10 Audi Dñe, & misereat te quæso mei, Domine sis auxilio mihi.

11 Cõuertisti iterũ subitò luctum meum in exultationẽ, rupisti saccũ quo indutus fueram, & perfudisti me gaudio omni ex parte.

12 Quare cãtabit te incessanter anima mea,

11 *Tunc uertisti planctũ meum in chorũ, soluisti saccũ meũ, & lætitia me cinxisti.*

12 *Propterea cãtabitur gloria, neq; tacebitur. ego enim Domine Deus meus in*

perpetuum celebrabo te.

PSALMVS XXXI.

1 *IN te Domine ſpero, ne quæſo pudeſiam inæternum, ſed per iuſtitiã tuã libera me.*

2 *Præbe mihi aurẽ tuam, propera ut eruas me, eſto mihi fortis petra, & munita domus ubi me ſalues.*

3 *Tu enim es rupes mea & arx mea, propter nomen ergo tuum dux & alũnus meus eſto.*

quæ decus eſt & pars optima mei: Domine mi Deus toto tempore vitæ meæ acceptam tibi referam ſalutem meam.

XXXI.

1 DOmine in te ſperaui, fac quæſo ne vnquam pudefiam ſpe mea fruſtratus, ſed tua iuſtitia ſerua me. In te dñe ſperaui, non confundar.

2 Præbe mihi aurem: citò libera me: ſis mihi pro rupe inacceſſa hoſtibus meis, & arce munita turribus multis, vt ſerues me.

3 Quia pro petra & pro turri tu mihi eſſe ſoles: propter nomen tuum: tua ſponte deduces me quocunque eundum fuerit mihi, & enutries me.

4 *Educ me de reti*
quod absconderũt
mihi, tu cñi es pro=
pugnator meus.
5 *In manus tuas*
spiritũ meum com=
mendo, redime me
Dñe Deus uerax.
6 *Ego enim odi,*
qui uanitatis funem
tenent, sed in te do
mine spero.
7 *Exultem & ge*
stiam propter boni
tatem tuã, quoniã
uidebis adflictionẽ
meam, cùm senties
ut anima mea in angustijs est posita.
8 *Et non dedes cam in hostis potestatem,*

4 Explicabis me è la/
queo quem absconde/
runt vt capiant me: ni/
hil enim possem ego si/
ne te.
5 Curæ tuæ commen/
dabo spiritum meum,
sæpe liberasti me: & li/
berabis Domine, in pro
missis constantissimè
verax.
6 Odio habui eos qui
amplectunt̃ vana, quæ
illis vsui futura nõ sunt:
ego certe spem omnem
posui in te.
7 Lætabor & exulta/
bo expertus misericor/
diam tuam: vidisti em̃
afflictionẽ meã, & agno
uisti in medijs persecu/
tionibus animã meam.
8 Nec permisisti me
premi tyrannide ho/

ſed in latum conſti tues pedes meos.

9 *Miſerere mei Domine quoniam tribulor, caligat præ mœrore oculus meus, anima mea & uenter meus.*

10 *Conſumitur in dolore uita mea, et anni mei in gemitibus: decidit in calamitate robur meũ, & oſſa mea tabeſcunt.*

11 *Opprobrium factus ſum apud omnes inimicos meos: uicinis autem & notis ingens pauor: qui me uident foras fu-*

ſtis mei: quin potius firmaſti in loco ſpatioſo greſſus meos.

9 Miſereat te mei Domine, quoniam imminet periculum mihi: corroſus eſt præ mœrore oculus meus, anima mea & venter meus.

10 Conſumpta enim eſt mœſtitia bona pars vitæ meæ, & anni mei cũ gemitu: deſtituit me propter iniquitatem virtus mea, & oſſa mea contabuerunt.

11 Metu hoſtium meorũ qui numero ſunt plurimi, factũ eſt vt tanquã ꝓbroſum exhorruerint me ꝓximè vicini mihi, & terrori fuerim illis, cũ qb⁹ quõdã mihi fuit arctiſsima familiaritas:

giunt à me.
12 *E' corde obliuio*
ni traditus ſum ue=
lut mortuus: factus
ſum ſicut fractum fi
gulinum.
13 *Ipſe enim audi=*
ui contumeliã mul=
titudinis circum me
congregatæ : in u=
num coëunt aduer=
ſum me: ad capien=
dum animam meam
coniurant.
14 *Ego aũt te fido*
Domine, ac dico,
Deus meus es tu.
15 *In manu tua fa=*
cta mea ſunt, libera me de manu hoſtium

quotquot videbant me,
foras fugerũt relicto me
ſolo.
12 Obliuioni datus fui
nõ aliter q̃ mortuus ali
quis, qui non ſperatur
vnquam priſtinæ vitæ
reſtituendus, & tãquam
vaſculum nulli amplius
vſui aptum.
13 Audiui eñ obloquia
multorum, & minas eo/
rum qui erant circũ me:
conſpirabant enim vna/
nimiter aduerſum me,
& vitam adimere mihi
conſtituebant.
14 Ego interim te Domi
ne confiſus in ea perſti/
ti ſententia, vt quicquid
accideret mihi, non du/
bitarem quin deus adeſ/
ſes mihi tu.
15 In ptãte tua ſunt tpa
mea, libera me à tyrãni/
de inimicorũ meorũ, &

& perſecutorum
meorum.
15 *Oſtende uultum*
tuum ſeruo tuo: &
ſalua me per boni=
tatem tuam.
17 *Dñe non confun*
dar, te enim inuo=
co: ſed cõfundantur
impij, & in foueam
conſopiantur.
18 *Cõpeſcãtur labia*
mendacia, quæ uete
ratoriè, ſuperbè, et
cõtemptim loquun
tur aduerſus iuſtũ.
19 *Quanta ſunt bo*
na quæ reponis timentibus te, quæ facis
ſperantibus in te coram filijs hominum?

eorum qui perſequun-
tur me.
16 Hilarẽ exhibe vultũ
tuum ſeruo tuo: ſaluum
me fac pro genuina mi-
ſericordia tua.
17 Domine non verta-
tur mihi pudori, quòd
implorauerim auxilium
tuum: pudefiant impij,
& taceant ſepulti apud
inferos.
18 Muta fiãt labia quæ
aſſueuerãt mẽdacijs, quę
cõtemptim loquũtur de
iuſto, & cum faſtu.
19 Quàm ſunt copioſæ
diuitiæ tuæ, quas repo-
ſuiſti in vſus eorum qui
colunt te, deſignaſti plu-
rima in gratiam ſperan-
tium in te, palàm in con
ſpectu & cum admira-
tione poſterorum Adæ

20 *Abſcondis eos in adyta uultus tui ab elatis hominibus, occultas eos ĩ tabernaculo tuo à uiti litigationibus linguarũ.*

21 *Gratiæ domino pro admirãda eius in me bonitate, ex urbe munita.*

22 *Ego enim in desperatione mea dixerã, proiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum: tu tamẽ exaudiuiſti ſupplicis uocem ad te clamantis.*

23 *Idcirco diligite Dominũ omnes ſancti*

20 Abſcõdes eos & collocabis eos è regione faciei tuæ, quæ impijs abſcondita eſt, vt tuti ſint à minis quantumuis potentis: abdes eos in habitaculo tuo, vt liberi ſint à linguarum virulentia.

21 Maior omni laude Dñs, qui miro quodam modo oſtẽdit miſericordiam ſuam mihi, & tanquam in munitiſsima fuiſſem ciuitate, tutatus eſt me.

22 Ego quidem olim in anxietate ſumma conſtitutus, abiectum me eſſe putabam abs te: verum tu etiam tum diligentiſſime auſcultabas quotieſcunq; clamabam, & omnes precatiões meas audiebas.

23 Amate Dñm q̃tquot

eius, fidos enim tuetur dñs, & abunde retribuit his qui superbè agunt.

benignitatem illius experti estis: candidos custodit Dominus, & reddet pro fastu copiosè quod meretur, homini fastuoso.

24 *Constātes estote, & obfirmet cor uestrum, omnes qui speratis in dominũ.*

24 Animo forti estote, nec dubitate quin Dominus ipse robur additurus sit animis vestris, quotquot patienter expectatis aduẽtum illius.

PSALMVS XXXII.

1 *O Felicẽ qui à transgreßione leuatur, cuius peccatum dißimulatur.*

2 *O' Felicem hominem, cui Dominus peccatum non imputat, in cuius animo per dolum nihil celatur.*

XXXII.

1 FElix ille cui condonatum est delictum, & cuius coopertum est peccatum.

Beati quorum remissæ sunt ini.

2 Felix ille homo, cui Dominus non imputabit peccatum, nec fraus in animo illius inuenta est.

3 *Ego enim cùm*
tacerem, languesce
bant ossa mea, cum
quotidiano eiulatu
meo.
4 *Quoniam die &*
nocte ingrauesce=
bat super me ma=
nus tua, uerteba=
tur succus meus in
siccitatem æstiuam.
סלה
5 *At peccatũ meũ*
posteaq̃ tibi notum
feci, et facinus meũ
non celaui: cùm di=
xi meipsum adcusando, fateor transgreßio
nem meam Domino, *protinus remisisti cri=*
men peccati mei. סלה

3 Quandiu tacui con-
terebantur vires meæ,
præ erumpente eiulatu
assiduè.
4 Quia per diem & no-
ctem ingrauescebat ma-
nus tua contra me, sic
mutatus sum, vt ex suc-
culento factus sim ari-
dior, quàm sunt aristæ
in media messe. Ita res
habet.
5 Quare aliud inij con
silium, & statui pecca-
tum meum non amplius
celare, sed aperire tibi
iniquitatem, quam ad-
miseram, quod quàm
primùm fecissem abstu-
listi continuò iniquitatẽ
peccati mei. Ita factũ est
profectò.

6 *Idcirco oret ad te quiſquis ſanctus eſt, quàm primùm eandem anguſtiam ſenſerit, & iam nõ tanget eum inundatio aquarum immanium.*

7 *Tu es refugium meũ à tribulatione quæ me circundederat, & circundas nunc me gaudio liberationis,* סלה

8 *Erudiam, inquis, te, & oſtẽdam quæ uia ſit eundum tibi, figam in te oculos meos.*

9 *Modò ne ſitis equis & mulis pares,*

6 Quare exemplo meo precibus aget apud te, quiſquis benignitatem tuam expertus eſt, vt tempus remiſsionis inueniat: quòd ſi contigerit illi, nullæ quantumuis multæ fiant malorum inundationes, ad illum poterunt pertingere.

7 Tu prouidentia tua occulta à malo proteges me, & gaudijs, quibus gaudere ſolent è manibus hoſtium elapſi, afficies me. Certo certius.

8 Prudentẽ, inquit Dominus, faciam te, & docebo quo pacto viuere oporteat te & ſtudioſiſſimè obſeruabo te oculo proprio.

9 Tantum ne ſimiles

quibus nullus est intellectus: quorũ os nisi lupatis & frenis tẽperes, non gerunt morem tibi.

10 *Multa sunt mala impij: qui autem Domino fidit, bonitate circundabitur.*

11 *Lætamini in Domino, & exultate iusti: gaudete qui estis recto corde.*

efficiaminí equo, vel mu
lo, qui non solum nihil
intelligit beneficiorum
in se collatorum: sed ca
pistro vel freno os eius
constringere oportet, ne
appropinquet & mor
deat vos.

10 Mala plurima manẽt
impium: eum autem qui
spem suam ponit in Do
mino, illum ipse beni
gnitate sua cumulatissi
mum reddet.

11 Lætamini quòd pro
pitium habeatis Domi
num, & seriò exultate
iusti, edite signa lætitiæ
quotquot animo candi
di estis.

PSALMVS. XXXIII.

Exultate iusti in domino, rectos.

1 *Exultate iusti in Dño, nam rectis ornamẽto est dum collaudant.*

XXXIII.

1 CVm exultatione lau
date iusti Dominũ:
æquissimum est enim &
decentissimum, vt à can
didis laudetur Domi
nus.

2 *Collaudate igitur Dominũ, cithara, cheli, decachordo psallite ei.*

3 *Canite illi nouo carmine, incendite organa cũ clãgore.*

4 *Verbũ enim Domini sacrosanctum est, & omne opus illius firmum.*

5 *Iusti & æqui amans est: bonitate Domini plena est terra.*

6 *Verbo Dñi cœli facti sunt, & spiritu oris eius, omnis militia eorum.*

7 *Colligit aquas in tumultum, ac rursus*

2 Laudate Dominum cithara, nablo, & decachordo laudes illius decantate.

3 Canite in honorem illius carmen non vulgare, sed nouũ: operam date vt quàm optimè cantetis, & cum animi alacritate.

4 Aequa enim sunt quæ loquitur & mandat Dominus: & quicqd facit, optima illud fide facit.

5 Amans est iustitiæ & æquitatis, benignitatis Domini nihil expers est eorum, quæ sunt in vniuersa terra.

6 Verbo Domini cœli facti sunt, & spiritu oris eius vniuersus ornatus illorum.

7 Colligit veluti in cumulum aquas maris,

in abyßi penetralia recondit.

8 *Metuat dominũ omnis terra, mirentur eum omnes qui habitant orbem.*

9 *Ille enim quum iubet, ſunt: quũ præcipit, conſtant res.*

10 *Dñs dißipat cõſilium gentium, & populorum cogitationes irritat.*

11 *Cõſilium autem eius in perpetuum durat, cogitationes cordis eius ad oẽs generationes.*

12 *O felicem gentem cuius dominus eſt*

& concludit certo loco ſeruandas abyſſos, non aliter quàm theſauri ſolent.

8 Sollicitè colant Dominũ quotquot in terra degunt, & offendere illũ metuant quotquot ſunt habitatores orbis.

9 Ipſe enim quicquid fieri vnquam voluit, id factum eſt: & quicquid vnquam iuſsit exiſtere, id extitit continuò.

10 Dominus turbauit conſilia gentium, irrita fecit machinamenta populorum.

11 Conſilium verò Dñi perpetuò inuariatũ manebit, & quæ ipſe in animo ſuo facere proponit, ea fient quocunq; tempore ipſe volet.

12 Beata gens quæ Dominnm habet prote-

Deus, quã sibi ele=
git in hæreditatẽ.

13 *Dominus cœlo*
prospicit ad consi=
derãdum omnes fi=
lios hominum.

14 *De firmo solio*
suo contemplatur
omnes habitatores
orbis.

15 *Solus enim fin=*
xit corda eorum, so
lus cognoscit om=
nia opera eorum.

16 *Non saluat regẽ*
innumerabilis exer
citus: & gigas non
liberatur magnitu=
dine roboris.

ctorem suum: & popu/
lus ille felix est, quem
Dominus sibi elegit, vt
illũ peculiari modo pos
sideat.

13 E cœlo ꝓspexit Do/
minus, contemplatus est
quicquid vsquam est ho
minum.

14 E tabernaculo,
quod ab omni inquie/
tudine liberum ipse in/
habitat, considerauit
vniuersos habitatores
terræ.

15 Ille inquam conside/
rauit vniuersos, qui fin/
xit sine vlla exceptione
corda omnium, qui &
nouit singulorum opera
singula.

16 Ne rex quidem sal/
uus euadet exercitu quã
tumuis numeroso, nec
miles quantumuis stre/
nuus pẽicula euadet pro/
prijs viribus.

17 *Fallit saluando eques, nam multitudine equitatus nemo eripitur.*

18 *Ecce autem oculi Domini intendūt in eos qui se reuerētur, & illius bonitate fidunt.*

19 *Vt liberet à pestilentia animas eorum, & alat eos in fame.*

20 *Anima igitur nostra Domino nitatur, ille enim est propugnator & clypeus noster.*

21 *Nam & cor nostrum in eo lætabitur, dummodo in nomen eius sanctum*

17 Res fallax est equus ad præstandam salutem: nec vllis viribus suis eripere è periculis poterit sessorem.

18 Ecce oculus Domini obseruat & custodit eos, qui reuerenter colunt ipsum: & eos qui patienter expectant, vt benignitatis illius participes fiant.

19 Vt liberet eos à morte, & victum suppeditet illis tempore famis.

20 Anima nostra expectauit Dominum assiduè: auxilium enim nostrum & protectio nostra ipse est.

21 Ipse pro sua benignitate causam gaudendi prębebit cordibus no-

sperauerimus.
22 *Adsit nobis Do-*
mine bonitas tua,
quemadmodum spe
ramus in te.

PSALMVS
XXXIIII.

1 *Collaudabo*
Dñm oĩ tem-
pore: laus eius sem-
per erit in ore meo.
2 *In laude Domini*
oblectat se anima
mea: audiãt hoc hu
miles & lætentur.

stris, qui ipsius nos sa-
crosanctæ maiestati cu-
randos tradidimus.
22 Respondeat expecta
tioni nostræ benignitas
tua Domine.

XXXIIII.

1 Laudabo Dominum
omni tempore, assi-
duè laudes illius canta-
bit os meum.
2 In laudando Domi-
no occupata erit ani-
ma mea, vt audiant qui
aduersa patiũtur, & re-
creentur.
3 Laudibus quãtũ pote
stis maximis efferte Do
minum, extollamus no-
men illius vnà omnes.
4 Quæsiui Dominum,

Benedicam Dominũ in omni tẽpore.

3 *Magnificate Dominum mecum, & no-*
men eius simul uehamus.
4 *Consului enim Dominum & respon-*
sum dedit mihi, & de omni pauore meo

liberauit me.
5 *Qui ad eũ ſuſpi*
ciunt illuſtrantur,
& uultus eorũ non
confunduntur.
6 *Quicunq; adfli=*
ctus Dominum in=
uocat, exaudit eũ,
& de omnibus an=
guſtijs eripit.
7 *Caſtra figit an=*
gelus Dñi circũ eos
qui ipſum timent,
& eripit eos.
8 *Delibate & ui=*
dete quàm bonus ſit
Dominus, beatus eſt quiſquis illo fidit.
9 *Reueremini Dominũ ſancti eius, quo=*
niam nihil deeſt reuerentibus eum.

& exaudiuit me, & ex
omnibus anguſtijs cri-
puit me.
5 Conuertãt ſe ergo ad
illũ properè quotquot
ſapiũt: aſſequentur enim
quicquid poſtulauerint
ab illo.
6 Hic enim pauper cla-
mauit, & Dominus ex-
audiuit, & ex omnibus
tribulationibus libera-
uit eum.
7 Caſtrametatur ange-
lus Domini circa culto-
res illius, vt ſeruet eos.
8 Quare reuerẽter coli-
te Dominũ ſancti illius:
nihil enim deerit vnquã
cultoribus illius.
9 Perpendite, & vide-
bitis tam liberaliter be-
nignum eſſe Dominum,

10 *Violenti egebũt & esurient, Dominum uerò timentibus nihil deerit.*

11 *Adeste ô filij & auscultate mihi timorem Domini docebo uos.*

12 *Si quis est uitæ cupidus, & eã beatè ducere optat,*

13 *Prohibeat linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum.*

14 *Recedat à malo & faciat bonum: studeat paci, & sectetur eam.*

15 *Oculi enim Domini ad innocentes in=*

vt felicẽ iudicaturi sitis virum, qui spem suam collocat in eo.

10 Qui potẽtia leonibus similes videbantur, ad inopiam redacti sunt, & famem passi: quum interim quærentibus Dñm nihil defuerit vnquam.

11 Venite quotquot discere cupitis, & auscultate mihi: quo pacto verè coli velit Dominus, docebo vos.

12 Quisquis cupis fieri longæuus, & multis annis viuere feliciter:

13 Cohibe linguã à maledicentia, & compesce labia tua ne concinnent dolos.

14 Fuge malum & fac bene, sectare pacem vt assequaris eam.

15 Oculi Domini obser

tenti sunt, & aures eius ad preces eorum.

16 *Superciliũ autẽ eius in eos qui malũ faciũt, ut excindat è terra memoriam eorum.*

17 *Illi dum clamãt, exaudit Dominus, & de omnibus angustijs eorum liberat eos.*

18 *Adest Dominus his qui cõtrito sunt corde: & qui deiecto sunt animo, saluat.*

19 *Iustorum multa mala, sed ex eis omnibus liberat eos Dominus.*

20 *Custodit omnia ossa eorum, ut ne unum*

uant iustos, & aures ha bet accõmodatas ad cla mores illorum.

16 Toruo vultu Dominus aspiciet sceleratos, vt aboleat à terra memo riam illorum.

17 Clamauerũt iusti, & Dominus sic exaudiuit eos, vt ex omnibus ad uersis eripuerit eos.

18 Adest Dominus his qui fracto sunt animo, & eos qui afflicto sunt spiritu, saluos faciet.

19 Multa incommoda accidunt iusto, sed ex omnibus illis eripiet eũ Dominus.

20 Sic custodit omnia ossa illius, vt ne vnum quidem confringatur

ex eis conteratur.

21 *Mors uerò impiorum est misera: qui enim iustum odio habent, extirpantur.*

22 *Liberat Dominus animam serui sui, & non exterminātur omnes qui eo fidunt.*

PSALMVS.

XXXV.

1 *SVscipe Domine litem meam, & pugna contra obpugnatores meos.*

2 *Corripe scutum & hastam, & surge ad auxilium meum.*

3 *Stringe mucronem, & urge ex aduer=*

ex omnibus.

21 Occidet impiū ipsa impietas, & quotquot odio persequuntur iustum, peribunt.

22 Seruat animas cultorum suorum Dominus, nec sinet interire quenquam eorū, qui sese crediderunt illi.

XXXV.

1 SVpplicium sume de aduersarijs meis Domine, pugna aduersus oppugnantes me.

Iudica Dñe nocētes me.

2 Arripe clypeum & lanceam, & fer suppetias mihi.

3 Arma te gladio & hasta, vt occurras persecutoribus meis: pro,

ſo pſecutores me=
os: dic animæ meæ,
Adſum ego ſalus
tua.
4 *Pudefiãt, & cõ*
fundantur qui im=
minent animæ meæ,
terga uertant cum
ignominia, qui ma=
lum mihi cogitant.
5 *Fiant ſicut pul=*
uis uẽto expoſitus,
angelo Domini ia=
ctante illos.
6 *Sint uiæ eorum*
obſcuræ & lubri=
cæ, angelus autem Domini urgeat eos.
7 *Quoniam innocenti mihi abſcondε=*
runt pernitioſum rete ſuum : innocenti

mitte allaturũ te animæ
meæ ſalutem.
4 Suffundantur pudo-
re & afficiantur igno-
minia, quotquot ſtu-
dent ſubuertere me:
conuertantur in fugam
& infames fiant, quot-
quot machinantur ma-
lum mihi,
5 Fiant ſimiles feſtucæ,
quæ raptatur flatu uen-
ti, & angelus Domini
inſequatur eos.
6 Deſtituatur lumine
via, per quã fugiendum
erit eis : lubrica fiat, &
angelus Domini perſe-
quatur eos.
7 Quia ſine vlla cau-
ſa conati ſunt clàm la-
queis ſuis mortiferis
inuoluere me, ſine cau-

animæ meæ foderũt
lacum.
Vt ſuueniat eis de
improuiſo calami=
tas, & reti ſuo, qđ
abſcõderant, capiã
tur, concidant in ea
calamitate.
9 *Anima uerò mea*
lætetur in Domĩo,
& gaudeat in ſalu=
te ſua.
10 *Omnia oſſa mea*
dicẽt: Domine, quis
eſt ſimilis tibi, qui
liberas humilem à
fortiore ſe, adfli=
ctum & egenum
à diripientibus eum?

ſa foueam foderunt in
perniciem meam.
8 Eueniat vnicuique
eorum calamitas de im/
prouiſo, & rete illud
quod expandit in per/
niciem meam irretiat
ipſum: in eandem il/
lam foueam quam mi/
hi parauerat, incidat
ipſe.
9 Anima mea gau/
deat & exultet ſeriò,
propterea quòd ſalu/
tem afferre dignatus ſis
mihi.
10 Omnia oſſa mea
dicant non eſſe ſimi/
lem tibi Domine, in
eripiendo paupere à
violentia eorum, qui
viribus illo ſuperiores
ſunt: in eripiendo in/
quam afflicto & ege/
no ab opprimentibus
illum.

11 *Inſurrexerunt iniqui teſtes, qui mihi quæ ignoro imputant.*

12 *Reddunt mihi pro bono malum, deſolationem animæ meæ.*

13 *At ipſi cùm ægrius haberent, ueſtis mea ſaccus erat, ieiunio adfligebam animã meã, & oratio mea in ſinu meo uerſabatur.*

14 *Incedebam ſicut qui ſocium aut fratrem luget: triſtis humiliabam me ipſum tanquam in materno funere.*

11 Conſurrexerunt aduerſum me teſtes iniqui, quæ ignorabã ipſi interrogãtes obiecerũt mihi.

12 Reddiderunt malum mihi pro bono, ad inopiam redigere conabantur me.

13 Ego interim quum ipſi infirmarentur, pro veſtimẽto vſus ſum ſacco, & ieiunio maceraui me, & precibus impetraui à Domino, quæ volui pro eis.

14 Tanquam ſi ſummus amicus, imò frater quiuis eorum fuiſſet mihi, omnia humanitatis officia exhibui eis in aduerſis: non aliter quàm qui matrem lugent, pullatus & capite demiſſo inceſsi.

Ego uerò cùm peius habeo, læ= tantur, cõcursant, cõcursant uel clau= di aduersum me im prudentem etiam: uestem scindunt, neq; à planctu ab= stinent.

16 Sed per hypocri sim simulant subci= nericium quoq;, at interim frendunt in me dentibus suis.

17 Domine quando inspicis? restitue à cõtumelia ipsorum animam meam, & à tyrannis unicam meam.

15 Econtrario quoties mihi aduersi aliquid accidit, voluptatem ex meo malo capiebant, & cõgregabantur: con/ gregabantur inquam aduersum me homi/ nes deprauati: qui læsi à me nulla re fue/ rant, proscindebant me conuitijs sine intermis/ sione.

16 Vnà cum scurris & irrisoribus frusto panis conductis, non destite/ runt frendere contra me dentibus suis.

17 Domine quãdo tan/ dem horum habebis ra/ tionem? libera quæso animam meam ab ijs, qui perdere conantur eam, à catulis leonum solitariam & omni hu/ mano auxilio destitu/ tam.

18 *Vt gratias tibi
agam corā frequēti
ecclesia, & in po=
pulo ingenti lau=
dem te.*
19 *Neq; gaudeant
super me mendaces
inimici mei, frustra
annuant oculo qui
me odio habent.*
20 *Nihil enim pa=
catum cogitant, sed
cum terra in tran=
quillitate est, frau=
dulenta consilia ca
piunt.*
21 *Adperuerunt super me rictū suū, dicūt:
Ohe Ohe, nunc uidimus oculis nostris.*
22 *Tu Domine quoq; uidisti, ne ergo cun=*

18 Accepta referam tibi
omnia mea, idq́; palàm
in hominum frequētia,
apud populum fortem
laudibus extollam te.
19 Non habeant ansam
insultandi, qui hostiliter
insequuntur me sine ra/
tione: nec illi, qui odio
me habēt absq; vlla cau
sa, & subsannant me.
20 Nō enim quibus tā
tò fidi posit loquūtur,
sed aduersus insontes,
qui in terra degunt, do/
los concinnant.
21 Dilatauerunt os con
tra me, & insultātes cla
mauerunt, optimè, opti
mè, tandem viderunt
quæ voluerunt oculi
nostri.
22 Vidisti hæc omnia,

steris, Dñe ne abeas
longius à me.

Euigila & exurge ut uindices causam meam Domine *deus meus.*

4 *Vindica me pro tua iustitia* Dñe *deus meus, ut non gaudeant de me.*

5 *Neq; dicant in cordibus suis, Euge anime mi: nec dicãt, Vicimus eum.*

6 *Erubescãt & cõfundantur pariter qui malo meo gaudẽt, induantur pudore et ignominia,*

ne quæso dissimula Domine, ne desere me, quemadmodum solent, qui procul abeuntes amicum relinquunt in periculis.

23 Profer te, & ostende in causa hac mea, ipsos ea quæ faciunt, te dormiente non facere: sed quamuis non appareat, te deum Dominum meum diligentissimè curare negocia mea.

24 Iudica quod iustum esse nouisti Domine mi deus: & fac ne habeãt quare ipsi compotes voti irrideant me.

25 Non habeant cur dicant in corde suo, ex animi nostri sententia hæc res successit nobis: neq; iactent se prostrauisse me.

26 Pudore afficiantur, & infames fiant, quotquot voluptatẽ capiunt

q de me gloriātur,
27 *Exultet & lætē*
tur qui fauent inno
centiæ meæ, ita ta=
men ut semper di=
cant, Magnus est
Dn̄s qui amat salu
tem serui sui.
28 *Lingua uerò mea*
meditetur iustitiam
tuā, & laudē tuam
omni tempore.

PSALMVS

XXXVI.

1 *SIc sentit cor me*
um de audacia
impij, quòd non ha
beat Deum ante oculos suos.
2 *Etiamsi uelut blandiatur ei ante ocu=*

Dixit in iustus, vt delinq̄t in semet ipso.

ex malo meo: induant
confusionē & pudorem,
quotquot erigūt sese vt
noceant mihi.
27 Gaudeant & læten-
tur quibus placet inno-
centia mea, & dicant iu-
giter, Magni fiat Domi
nus, qui pacem habere
voluit seruum suum.
28 Lingua mea sedulò
prædicabit iustitiā tuā,
& laudes tuas cantabit
assiduè.

XXXVI

1 PErsuasit, quantum
animo possum conci
pere, ipsa nequitia im-
pio exlegi, non esse me-
tuendum illi, ne Deus
supplicium sumat de sce
leribus illius.
2 Blandis persuasioni-
bus egit apud illum, vt

los à ſcelere tamen
odij illius non ab=
horret.
3 *Verba oris oris*
dolus & flagitia me
ra, doceri renuit ut
bene agat.
4 *Scelus parat in*
cubili ſuo, ſociat ſe
cuicunque uiæ non
bonæ, malum autē
non fugit.
5 *Quum Dñe bo=*
nitas tua uſque ad
cœlos, & uſque ad
nubes ueritas tua
latè pateat.
6 *Iuſtitia tua mon*
ti robuſto, & im=

placere incipiat ipſe ſi-
bi flagitijs ſuis : quare
ſic offenditur Deus, vt
ipſum cum ſceleribus
ſuis deprehenſum, odio
perſecuturus ſit perpe-
tuò.
3 Sermo illius iniqui-
tatis, & fraudis plenus
eſt: noluit reſipiſcere, ne-
ꝗ vitam in melius com
mutare.
4 Cogitabit noctu ia-
cens in lecto, quibus ar
tibus opprimat pluri-
mos: sectabitur vitæ ge
nus peſsimum, nullum
genus malitiæ præter-
mittet.
5 Domine quicquid
ambitu cœlorum con-
tinet, benignitatis tuæ
particeps eſt: & conſtan
tiam propoſiti tui ſen-
tiunt quæcunque inter
terram & nubes media
ſunt.
6 Iuſtitia tua magni-

mensæ abyßo æquitas tua similis sit: quum tu homines & iumenta serues Domine.

7 *Quàm pretiosa est bonitas tua ô deus, qua freti filij hominū alarū tuarum umbra fidunt.*

8 *Saturātur ubertate domus tuæ, & flumine deliciarum tuarum potantur.*

9 *Apud te enim est fons uiuus ac perennis, & in luce tua uidemus lucem.*

10 *Obtende bonitatem tuam his qui te cognoscunt, & iustitiam tuam rectis corde.*

tudine superat montes altissimos, iudicia tua profundiora sunt profundissima abysso, hominem & bestiam saluabis Domine.

7 Quàm est magnificienda benignitas tua deus, per quā posteri Adę, veluti latentes sub vmbra alarū tuarū tuti degunt.

8 Fruētur copia earum rerum, quibus abundat domus tua, & veluti flumine variarum voluptatum potabis eos.

9 Apud te enim fons est vitæ perennis: vbi illuminati fuerimus lumine tuo, à tenebris liberi erimus perpetuò.

10 Benignitatis tuæ copiosius participes fac

11 *Non aſſequatur me pes ſuperbiæ, manus autẽ impio= rum ne commoueat me.*

12 *Sed cadant qui ſcelus operãtur, de ijciantur ut nõ poſ ſint reſurgere.*

PSALMVS XXXVII.

1 *NOli imitari malos: nec æmuleris qui quod iniquum eſt, ope= rantur.*

2 *Quoniã ſubitò ſi cut fœnum decidun tur, & ſicut uiride gramen marceſcunt.*

eos, qui agnoſcũt te, & iuſtitiæ tuæ eos, qui cã dido ſunt pectore.

11 Non perueniat vſq; ad me pedibus ſuis ſu/ perbus, nec moueat me loco meo impiorum fe/ rox manus.

12 In ipſo conatu colla pſi ſunt qui perpetrare iniqua conabantur, pro ſtrati ſunt, nec poterunt ſurgere.

XXXVII.

1 NIhil te moueat ſi ſceleratos videris opulentos, nec illis inui/ deas proſperitatis tantil lum. Noli æ/ mulari i malignã.

2 Similes enim depre/ hendentur fœno, quod exortum minimo du/ rat tempore: & herbæ ſimiles erunt virenti, quæ marceſcit ſubitò.

3 Tu uerò in dñm
ſpera, & quod bo=
num eſt operare, ut
terram inhabites,
& uerè paſcat te.
4 Et delectaberis
in Domino, qui da=
bit tibi deſideria
cordis tui.
5 Expone coram
Domino uiam tuã,
& fide illo, ipſe enĩ
efficiet,
6 Vt uelut aurora
prodeat iuſtitia tua
& æquitas tua ſi=
cut meridies.
7 Intentus eſto in
Dominum, & ſu=

3 Fiduciam tuam collo-
ca in Domino, & ſecta-
re quod bonũ eſt, vt ter-
ram inhabites lõgo tem
pore, & paſcas & auge-
as aſsidue de Dño con-
ceptam fidem.
4 Si oblectaueris te Do
mino, dabit tibi quan-
tum animo concupiſce-
re poteris.
5 Committe Domino
ſtatum rerum tuarum,
fide illi, optima enim fi-
de curabit & te, & tua
omnia.
6 Et faciet vt tam ſit cõ
ſpicua iuſtitia tua, quàm
eſt lumen ſolis: & æqui-
tates tuæ, licet nunc nõ-
nihil obſcurentur impio
rum felicitate, tam claræ
fient, q̃ eſt ſol ĩ ipſo me
ridie.
7 Patienter expecta Do
minum, & fer æquo ani
mo, ſi quid ab illo tibi
immittatur aduerſi, neq;

ſpice illũ: noli æmu
lari eum cui omnia
proſperè ſuccedũt,
hominem qui ſcele
ratè uiuit.
8 *Remitte iram, de*
ſere indignationẽ,
noli ſic æmulari ut
malè agas.
9 *Qui enim malè*
agunt, excindũtur:
qui uerò dominum
expectant, terram
poßidebunt.
10 *Paululũ ſuſtine,*
& impius non ſu=
pererit, cumq; ad=
uerteris ad locum eius, nullus aderit.
11 *Humiles autem poßidebunt terram,*

contriſteris, ſi videris
alium quẽpiam felicius
augere ſua, quod ſępenu
mero ſceleratiſsimo cui
ꝙ euenire ſolet.
8 Cohibe animum tu-
um ab ira, & pelle furo-
rem, nec ſic incendaris,
vt illorum ſceleratorum
exemplo ad perpetran-
da ſimilia animum in-
ducas.
9 Scelerati enim homi-
nes ſubuertentur, qui ve
rò Dominum patienter
expectant velut hæredi-
tario iure terram poſsi-
debunt.
10 Breuiſsimè ſic interi
bit impius, vt veteris põ
pæ, qua admirationi fuit
multis, nihil reliquum
viſurus ſis.
11 Interim modeſti poſsi

& multa pace fruentur.

11 *Insidiatur impius iusto, & stridet super eum dentibus suis.*

13 *Dominus autem ridet illũ, quoniam uidet quando tẽpus eius adfuturum sit.*

14 *Gladiũ stringũt impij, & arcũ suũ tendũt ad deijciendũ humilem & egenum, ad trucidandũ eos qui uia recta incedunt.*

debunt terram, & tranquillissimè viuent nacti pacem, quæ plurima secum commoda allatura sit.

12 Conabitur impius iustum subuertere, & frendet aduersus illum dentibus suis.

13 Dñs ridebit minas illius: nouit enim quàm sit in propinquo tẽpus, quo ipse peribit.

14 Gladium è vagina exemerunt impij, & arcum suum tetenderunt, si quomodo prosternere possent insontem humano præsidio destitutum, & eos deuorare, qui innoxiè viuunt.

15 Gladius eorum penetrabit cor eorum, & arcus eorum cõfringetur.

15 *Gladius eorum penetrabit in cor eorũ, & arcus eorum frangentur.*

16 *Pusillũ iusti præ*
stantius est ingenti
impiorum copia.
17 *Quoniã brachia*
impiorum corrum=
puntur, iustos autẽ
firmat Dominus.
18 *Nouit dñs inno*
cẽtiũ quoq; tẽpus,
nã hæreditas eorum
erit sempiterna.
19 *Nõ pudefient in*
periculoso tempo=
re, & in fame satu
rabuntur.
20 *Sed impij peri=*
bunt, & hostes Do
mini, perinde ac preciosi arietes in fumum
redigũtur, consumentur.

16 Satius est paululum
habere & parum iustè,
quàm diuitias plurimas
quomodo habẽt eas im
probi.
17 Posteritas enim im-
piorũ dissipabitur, ser-
uabit verò iustos dñs.
18 Nouit dominus dies
iustorum, & curæ sunt
illi, & hæreditas eorum
perpetua erit.
19 Non frustrabuntur
spe sua, quando alios
inuoluet temporis in-
felicitas, & alijs fame
laborantibus, ipsi satu-
rabuntur.
20 Impij peribũt īterim
& inimici dñi, nõ aliter
quàm adeps agnorũ, qui
adoletur super altare, si-
nẽ capient, vnà cum fu-
mo deficient.

21 *Fœnerat impius*
& non donat, iu=
ſtus autem cum be
nignitate donat.

22 *Quibus aūt hoc*
probabitur poßi=
debunt terram: &
qui hoc execrātur,
extirpabuntur.

23 *A' Domino diri*
guntur greſſus bo=
ni uiri, & uiam
eius amat.

24 *Cùm ruit, non*
corruit: Dn̄s enim
ſuſtinet manu ſua.

21 Mutuum accipit im-
pius, nec reddet: iuſtus
autem miſericordia mo-
tus, vltro dat ijs, q̄ opus
habent.

22 Quare qui bene pre
cantur ob iuſtitiam ei,
terram poſsidebunt: qui
verò maledicunt, extir-
pabuntur.

23 A Domino dirigen-
tur greſſus viri, & vitæ
genus quodcunq; elege-
rit, gratum erit illi.

24 Si ceciderit, non ſup
plantabitur: Dominus
enim apprehenſa manu
eriget illum.

25 Iuuenis fui, & diu
viuendo ſenex factus
ſum, nec tn̄ vidi iuſtum
deſertū, nec ſemen illius
laborare inopia victus.

25 *Puer fui, & nunc ſenui, nunquam ta-*
men uidi iuſtum derelinqui, nec ſemen eius
quærere panem.

26 *Etiamſi nunquã
non det per miſe=
ricordiam mutuò,
hinc fit, ut ſemen
eius feliciter rebus
fruatur,*
27 *Fugit malum,
et ſectatur bonum,
& inhabitat in per
petuum.*
28 *Dñs enim amat
æquanimitatẽ, neq;
deſerit ſanctos ſu=
os, ſed in perpe=
tuum cuſtodiũtur.*

26 Aſsiduè in omes mi
ſericors eſt iuſtus, &
mutuò dat: quare po/
ſteri illius diuitijs abun
dabunt.
27 Fuge malũ, & ſecta/
re quod bonũ eſt, vt poſ
ſis durare perpetuò.
28 Amat enim dominus
quod æquum eſt, nec vn
quam deſeret ſanctos ſu
os, cuſtodia enim adhibi
ta illis eſt perpetua, im
piorum verò poſteritas
exterminabitur.
29 Iuſti tanquam ſuam
poſsidebunt terram, &
inhabitabũt eam diutiſ/
ſime.
30 Os iuſti tractabit ſa
pientiam, & lingna eius
loquetur quæ ad rem

ſemen autem impiorum excindetur.
29 *Iuſti utrò poßidebũt terram, & in per
petuum habitabunt ſuper eam.*
30 *Os iuſti meditatur ſapientiam, & lin=*

gua eius æquitatem loquitur.

31 *Lex enim Dei sui in corde eius est unde non falluntur uiæ eius.*

32 *Obseruat impius iustum, & quærit eum occidere.*

33 *Dominus autem non relinquit eum in potestatem eius, neq; ut damnet eum cum iudicat illum.*

34 *Spera in Dominũ, & custodi uiã eius, et exaltabit te ut poßideas terram, & excidium impiorum uideas.*

35 *Fuit cùm uiderem impium irroboresce*

pertinebunt.

31 Doctrina dei sui sta bilitum habet cor, qua re stabilis erit, & à la psu securus pes eius.

32 Obseruat impius iu stum, & studiose quæri quomodo occidat eũ.

33 Sed Dominus non si net eum opprimi tyran nide illius, nec permitte eum impietatis cõuinci, quando causa eius in iu dicio tractabitur.

34 Expecta ergo patien ter aduẽtũ Dñi, & viue secundũ prescripta illi quod si feceris, extolle te, & terræ præficiet, & quando impij subuerte tur, tu interitum eorum securus aspicies.

35 Vidi impium poten

re, & surgere sicut uirentem laurum.

36 *Sed ecce dicto ci tius null' erat, cũq; eum inuestigarem, non inueniebatur.*

37 *Custodi integri tatem, & quod re-ctum est contempla re, hæc enim postre mò homini pacem conciliant.*

38 *Cùm transgres sores simul exter-minati erunt: impio rum enim postrema sunt excidium.*

39 *Salus autem iustorum à Dño: hic enim est robur eorum in articulo angustiæ.*

40 *Dominus fert eis opem & eripit eos,*

tem, & virentem, & si-milem lauro quæ viret perpetuò.

36 Sed paulò pòst obi-ter preterivi locũ in quo antea floruisset ille, ve-rum inueniri nõ potuit, euanuerat enim.

37 Sit tibi curæ integri tas, & specta semper id quod rectũ est: eum enim qui talis est, pax manet perpetua.

38 Scelerati omnes fun ditus subuertẽtur: exit⁹ ĩpiorũ erit miserabilis.

39 Salus proueniet iu-stis à domino, fortitudo eorum ipse erit tempore afflictionis.

40 Et auxiliabitur eis domin⁹, liberabit inquã.

eripit & saluat eos ab impijs, quoniam sperauit in eum.

eos ab impijs, & salu tem adferet illis, qui spem suam posuerunt in eo.

PSALMVS XXXVIII.

1 Dñe ne in furore tuo arg.

DOmine ne quæso in furore tuo arguas me neq; in feruore tuo me corripias.

2 *Sagittæ enim tuæ infixe sunt mihi, fixa est super me manus tua.*

3 *Nihil relinquitur integrum in carne mea ab indignatiõe tua, nihil integrum in oßibus meis à peccato meo.*

XXXVIII.

1 NE quæso Domine pro graui ira, etsi iu stissimis de causis aduersum me concepta sit, castiges me: neque pro bili, quam ego meis sceleribꝰ moui tibi, adnimaduertas in me.

2 Iam nũc enim tuæ sagittæ altè infixæ hærent in me: & manu tua prostrauisti me.

3 Nihil integrum est in toto corpore meo, præ metu quem de te concepi irato: nihil est in ossibus meis quietum: propterea quòd peccatorũ conscius mihi sum.

4 *Scelera enim mea*
transcendũt caput
meum, & uelut im=
mane pondus gra=
uiora sunt quàm fe
rendo sim.
5 *Putent ac tabe=*
scunt uomicæ meæ,
à stultitia mea.
6 *Adflictus et humi*
liatus sum eousq; ,
ut omne tempus mi
hi fastidiosum sit.
7 *Pleni sunt miseria*
lumbi mei & in me
toto nihil saluũ est.
8 *Fractus & com=*
minutus sum uehementer, eiulatum expri-
mit mihi fremitus cordis mei.

4 Iniquitates superaue
runt caput meum : & fa
ctæ sunt grauiores , quàm
quibus ferendis suffi-
ciam.
5 Putruerunt & recru-
duerunt malè obductę
cicatrices meę : propter
insignem stultitiã meã.
6 Peccati pondere de-
pressus supra modum
humiliatus sum, toto die
habitu lugubri obambu
laui tristis.
7 Intestina enim mea fer
uenti plaga plena sunt,
quę sic erumpit, vt nihil
in corpore integrum reli
querit.
8 Debilitatus sum , &
modis tam miris vul-
neratus , vt præ into-
lerabili animi cruciatu
vocem ediderim non

9 Domine notum est tibi omne desi=
derium meum, & gemitus meus non te latet.

10 Cor meũ palpi tat, reliquit me ro=
bur meum, & acies cum ipsis oculis nõ est mecum amplius.

11 Amici & proxi mi mei è regione stabant cum percu=
terer, cognati uerò longè aberant.

12 Et irruerunt in
me qui insidiantur uitæ meæ: & qui ma=
lum mihi concinnant, fraudes ac dolos
omni tempore excogitant ac meditantur.

humanam, sed rugitum potius leoninum.

9 Domine notum tibi est desiderium meum, & suspirium meum non la
tet te.

10 Cor meum palpi
tat intra me, destituit me robur meum, & lu
men oculorum meorum non habeo in potestate mea.

11 Amici olim mei, & fa
miliares è regione pla
gæ meæ steterunt: & vi
cini mei procul à me fue
runt semoti.

12 Retia expandunt in
sidiantes vitæ meæ, & studentes incommodare mihi, loquebantur sce
lerata, & fraudes assi
duè machinabantur.

13 *Ego autē uelut*
*ſurdus nō audio, & *
ſum ſicut mutus qui
os non adperit.

14 *Sum ſicut homo*
qui non audit, &
ob id redarguere
nequit.

15 *In te enim ò Dn̄e*
ſpero, tu reſponde=
bis ſpei meæ Domi=
ne Deus meus.

16 *Nā iſtud poſtulo,*
ne meo malo gau=
deāt, neq; lapſu pe=
dum meorū magni=
ficè gratulentur.

17 *Equidē ad flagrū*
paratus ſum, & uibices meæ nunquam

13 Ego verò tanquam
ſurdus audire diſsimu/
labam: & factus ſum
veluti mutus non ape/
riens ad reſpondendum
os ſuum.

14 Et ſimilis eram viro
qui nihil audit, nec di/
luit quæ illi obijciuntur
crimina.

15 Ad te enim Dn̄e anhe
labam: tu audies ſuſpi/
ria mea Dn̄e mi Deus.

16 Valde metuebam ne
nanciſcerentur ipſi an/
ſam gloriandi aduerſum
me: qui quoties vel tan/
tillum accepiſſem incō
modi, erigere ſolent cri/
ſtas ſuas.

17 Cauſam habebā me/
tuendi, quòd ferēdis ver
beribus deſtinat⁹ eſſem:
quodq; vulnus meū co/
gerer circūferre mecum
iugiter.

UNIVERSITARIA SEVILLA BIBLIOTECA

excidunt mihi.

18 *Ipse enim scelus meũ fateor, & pec catum meum me so licitat.*

19 *Sed hostes mei salui sunt ac for= tes, & crescunt qui me iniuria odio ha= bent.*

20 *Quiq́; reddunt malum pro bono, calumniantur me, quòd bonũ sector.*

21 *Ne igitur de= seras me Domine Deus meus: ne lon=*

18 Hoc illud est graue animi vulnus, quòd ini/ quitatem meã non pos/ sum nõ agnoscere, dum memet mihi ostẽdo: nec dolorem remittere finit recordatio peccati mei.

19 Dum ego ad eum mo dum affectus sum, inimi ci mei viuunt & valent: & numero plurimi per/ sequuntur me, nihil vn/ quam vel re vel verbo læsi à me.

20 Quin potius ma/ lum reddiderunt mihi à quo beneficium acce/ perant: aduersati sunt mihi nõ alia magis cau/ sa, quàm quòd vita mea illorum dissimilis erat: facere enim bene stude/ bam.

21 Vides Domine quo in loco sint res meæ, quare auxilio sis mihi Domine mi Deus, & ne relicto me in his pericu/ lis, tu procul hinc abscesseris à me.

gè abeas à me.

22 *Propera ad auxi liandum mihi domi ne salus mea.*

PSALMVS XXXIX.

1 *STatuerã custodire uias meas, quo minus lingua mea peccarẽ, seruabam freno os meũ, impius enim obseruabat me.*

2 *Cõpescebar, silebam, & obmutescebam, bono quidem consilio, sed exasperabatur dolor meus.*

3 *Incalescebat cor meum intra me, & meditando ignis magis incendebatur.*

22 Citò accurre, vt auxilio sis mihi Domine autor salutis meæ.

XXXIX.

1 STatui ne verbo quidem vllo sine fructu ansam præbere impijs calumniandi: frenũ adhibebo ori meo quandiu negotiũ mihi fuerit cum impio.

Dixi cu stodiã vi as meas, vt non.

2 Obmutui penitus, abstinui etiam bonis, metuens ne & illa in calumniam raperẽt: quãuis ea taciturnitas vehementer auxerit dolorem mihi.

3 Cõcaluit intra me cor meum, & quum animo reuoluerem, quibus in malis essem, non aliter æstuabam, quàm si

*Sic ergo lingua dif=
ferebam.*

4 *Indica mihi* Do
*mine finem meũ, &
modus dierũ meorũ
quis nam ſit, ſciam
quæſo quando defe
cturus ſim.*

5 *Ecce tu cõſtitui
ſti dies meos palmi
lõgitudine, & ætas
mea tanquam nihi=
lum eſt corã te: &
certè tota uanitas
eſt uniuerſus homi=
nis ſtatus.* סלה

6 *Nam imagina=
riam uitam ducit
homo, temere tumultuatur, adcumulat,*

ignis intra me arderet,
qui erũpere cogeret me
in vocem hanc.

4 Fac ſciam Dñe finem
meum, & numerum die-
rum meorũ qui reliqui
ſunt adhuc, vt cogno-
ſcam quãto tempore in
miſerijs viuendum mihi
ſit adhuc.

5 Certũ eſt enim, te ve-
luti in digitis numera-
tos habere pauciſsimos
dies meos, & huius vitæ
tempus apud te rem eſſe
penitus nihili: reuera
enim modis omnibus va
niſsimus eſt, quiſquis
eſt homo, quantumuis
videatur eſſe aliquid.
Ita res habet.

6 Etenim in tenebris to
ta vita ſua verſabitur q̃ſ-
quis fuerit: & ſine fru-
ctu tumultuabitur: colli
get magno ſtudio mul-

& neſcit cui ea cõ=
greget.
7 *Nunc igitur quid*
expectẽ Dñe? ſpes
mea in te eſt ſita.
8 *Libera itaq; me*
de omnibus tranſ=
greßionibus meis,
& obprobrium ua
norũ ne facias me.
9 *Tacebo & non*
adperiam os meũ,
ſi tu iſtud feceris.
10 *Aufer à me uer=*
bera tua, nã ab in=
graueſcente manu
tua ego conſumor.
11 *Cùm tu hominẽ*
propter ſcelus cum

ta, neſcius interim in cu
ius vſus congreget ea.
7 Et ego hoc rerum ſta
tu, quid aliud opto Do-
mine, quàm vt ſuccur-
ras mihi? à nemine enim
ſubſidium expecto niſi
à te.
8 Et vt ab omnibus pec
catis meis liberes me,
nec ſinas me fieri ludi-
brio ſtolidis, & impijs
hominibus.
9 Obmutui non apertu
rus os meum, quòd ſci-
rem ad exercendam pa-
tientiam abs te immitti
hæc mihi.
10 Aufer pauliſper à me
flagellum tuũ, præ me-
tu enim manus tuæ pro-
pemodum exanimatus
ſum.
11 Caſtigationibus ob
iniquitatem immiſsis,
erudire ſoles hominem:
& abſumere, donec
reſipiſcat, quicquid in

obiurgatione cor=
ripis, iam tabeſcit
uelut à tinea quan=
tus quantus eſt, a=
edò friuola res eſt
homo. סלה

11 *Exaudi Domi=*
ne orationē meam,
clamorem meū au=
ribus cape, ne diſsi=
mules lachrymas
meas: etiamſi apud
te aduena ſim &
peregrinus, ſicut
omnes patres mei.

13 *Dimitte me fa=*
cta gratia, priuſ=
quàm abeam & nullus fiam.

eo eximium fuerat, quemadmodum tinea veſtimentum conſue-uit: quare nihil niſi me-ra vanitas eſt quiſquis fuerit homo. Ita res habet.

12 Audi precationem meam Domine, & cla-morem meum auribus hauri: ad fletum meum ne obſurdeſcas: peregri-nus enim ſum apud te & alienigena, quales fue-runt omnes progenito-res mei.

13 Abſtine paululum à flagellando me, vt vi-res priſtinas recipiam: priuſquàm migrare co-gar nunquam rediturus huc.

XL.

PSALMVS XL.

PSALMVS XL.

1 CVm diu expe-
ctauissem Do
minum, tandem at-
tendit mihi, & ex-
audiuit clamorem
meum.
2 Extraxit me de
ꝓfundo lacu, & de
luto cœni: statuit in
petrã pedes meos,
& dirigit iter meũ.
3 Quare carmẽ no
uum ori meo inser-
uit, gratiarum ui-
delicet actionẽ Deo
nostro:
4 Vt uniuersi consi
derent, & metuãt, ac sperent in Dominũ.
5 O'felicem uirum qui fiduciam suam in

1 SOlicitè expectãs ex-
pectaui, donec præbe
ret se mihi Dominus:
& exaudiret clamorem
meum.
2 Et extraheret me è pu
teo illo calamitoso & lu
to sordidissimo, & con-
stitueret me in rupe ere-
ctum in pedes meos, viã
mihi præparans, per
quam ambularem inof-
fensè.
3 Et immitteret in os
meum carmen, quo
noua decantentur, &
inaudita beneficia Dei
nostri.
4 Videbunt hæc plu-
rimi, & reuerebuntur
Dominum, & credent
se illi.
5 Beatus ille vir, qui
ponit in Domino fidu-
ciam suam, nec admi-

Expe-
ctans ex-
pectaui
Dñm, &
intend.

Dominũ habet, qui ad faſtũ ſe non conuertit, ſed auertit à uanitate.

6 *Tu enim Dñe Deus meus admirãda facis innumera, & cõſilia tua apud nos exemplo carẽt: memorare & narrare ea cũ inſtituo, plura ſunt q̃ ut numerari poßint.*

7 *Victimam & ſacrificium nõ amas, at aurem mihi uellicas, holocauſtum & expiationis hoſtiam non requiris.*

ratur eos, qui iactant vires ſuas, & ſectantur fluxa hæc, quæ aliquid eſſe videntur, quum nihil ſint.

6 Plurima deſignaſti tu Domine admiratione dignisſima, & cogitationes quibus ſeduIò curas nos, tam ſunt multæ & mirabiles, vt nemo hominum intelligere queat, quantum tibi debeat pro illis: ſi enim aliijs enarrare coner eas, & verbis proloqui, inueniam plures eſſe, quàm vt numerare ſufficiam, nedum verbis explicare.

7 Sacrificium & oblationem non deſideraſti, ſed aures purgatas dediſti mihi: holocauſtum & hoſtia, quæ pro peccato ſolet offerri, non amplius placent tibi.

8 *Dixi ergo, en ipse ueniã: in prima pagina libri scriptum est de me,*

9 *Vt faciam quod tibi placitum est, ô Deus meus, quod & mihi probatur: nam & lex tua in medio uiscerũ meorum scripta est.*

10 *Prædico iustitiã coram tota ecclesia: en labia mea nõ cessant Domine, ut uides.*

8 Tum dixi, ecce ego ipse aduenio, in volumine libri scriptum est de me.

9 Facere quod placeat tibi mi Deus vehementer cupio, & doctrinam tuam in penetralibus pectoris mei descriptam habeo.

10 Prædicaui iustitiam in frequẽtia populi maxima, certè labijs meis non peperci: quod & tu Domine optimè nosti.

11 Iustificationẽ tuã nõ inuidebam alijs, abscondẽs eam intra angustias cordis mei, constantiam tuã in promissis, & quã promisisti te allaturum miseris salutem, palàm annunciaui, nec destiti

11 *Iustitiam tuam de medio cordis mei non celo, ueritatem & salutem tuam dico, non dißimulo bonitatem & fidem tuam coram*

uniuerſa eccleſia.

12 *Tu ergo Domine miſerãdo ne ceſſes à me: bonitas & fides tua ſemper defendant me.*

13 *Quoniã obrue-runt me mala, quorum non eſt numerus, comprehenderũt me ſcelera mea, ut nequeam diſpicere: plura enim ſunt quàm pili capitis mei, & cor meum dereliquit me.*

14 *Feſtina Domine ut liberes me Domine, & ad auxiliandum mihi propera.*

cõmemorare plurimis, ꝙ ſis benignus, & quàm tutò fidi per omnia poſſit tibi.

12 Ne nega quæſo tu Domine omnimodam illam miſericordiam tuam mihi, ſed benignitas tua & conſtantia in ſeruãdis promiſsis, tutentur me perpetuò.

13 Circundederunt enim me mala innumerabilia: apprehenderunt me iniquitates plures quàm vt eas viſu aſſequi potuerim: ſuperauerunt numero capillos capitis mei, quare & animus meus deſtituit me.

14 Dignare quæſo liberare me Domine, ad ferendum auxilium mihi accurre.

15 *Erubeſcant & confundantur citó, qui quærunt animã meam, ad perdendum eam, retro cedant & adficiantur ignominia qui mea calamitate gaudent.*

16 *Vaſtẽtur deniq; poſt cõfuſionẽ ſuã, qui ogganniũt mihi, ohe, ohe.*

17 *Gaudeant autem & lætentur in te omnes qui quærunt te, & qui ſalutem tuam amant, iugiter dicant, magnificetur Dominus.*

15 Suffundantur, pudore & ignominia afficiãtur ad vnum omnes, qui perſequuntur animam meam vt perdant eam: conuertantur in fugam ſpe ſua fruſtrati, notentur infamia, qui voluptatem capiunt ex malo meo.

16 Pereãt, mercede accepta pro ignominia, qua me afficere conati ſunt, & quotquot inſultantes dicunt in aduerſis meis, euge, euge.

17 Gaudeant & lætentur freti fiducia tua, quotquot ſtudent placere tibi: & dicant iugiter, magnifiat Dominus, quoquot cupidi ſunt aſſequendæ ſalutis tuæ.

accumulet.

7 *Aduerſum me cõcurſant ſimul o= mnes inimici mei, & malum conſi= lium aduerſum me capiunt.*

8 *Hoſtile uerbũ ia ctatur inter eos: q iacet, non reſurget.*

9 *Sed & ſodalis meus, quo unicè fi= debam, quiq; pa= nem meum edebat, ſtrenuè inſidiatus eſt mihi.*

10 *Tu igitur Do= mine miſerere mei, & reſtitue me, ut reddam eis.*

more exacuebat.

7 Vnanimiter aduerſum me conſpirabant quot/ quot erant oſores mei, aduerſum inquam me, à quo læſi nũquam fue/ rant, ſtudioſè cogitabãt quomodo nocere poſ/ ſent mihi.

8 Morbus, inquiunt, gra uiſsimus corripuit illũ, & decumbere tam gra/ uiter cœpit, vt nũquàm valetudinem priſtinam recepturus ſit.

9 Quin & vir cum quo mihi arctiſsima fuit fa/ miliaritas, cui fidebam, qui & meo victitabat ci bo, ſublato pede velut calce petebat me.

10 Quare tu Domine horum habita ratione, miſerere mei, & erige me, vt illis, quod meriti ſunt, retribuam.

11 *Isto sciam quòd me ames, si hostis meus non insultet mihi.*

12 *Me propter innocentiã meã quæso fulcias, & constituas coram te in sempiternum.*

13 *Collaudatus sit Dominus Deus Israël ab æterno in æternũ, Amẽ, Amẽ.*

PSALMVS.

XLII.

1 *QVemadmodum ceruus mugit ad riuos aquarum, sic clamat anima mea ad te ô Deus.*

11 Per hoc cognoui me amari abs te, quòd inimicus meus causam non habeat gloriandi aduersum me.

12 Ego enim in simplicitate mea, porrigente mihi te manũ tuã, perstiti: quare & constituisti me eo loco, vt semper è regione tibi proxime adfuturus sim.

13 Omni laude maior Dominus Deus Israëlis ab æterno fuit, & vsq; inæternum erit, Amen, Amen.

Libri primi finis.

XLII.

1 QVomodo ceruus anhelare solet ad riuulos aqua plenos, ita anhelat anima mea, vt perueniat ad te. Quẽadmodũ desiderat ceruus.

2 *Sitiuit anima*
mea ad Deum: ad
Deum uiuũ quãdo
quæso ueniã, & ad=
parebo uultui Dei?
3 *Vertũtur mihi la*
chrymæ meæ, quas
nocte & die fundo,
in cibum, cùm dici=
tur mihi quotidie,
ubi est Deus tuus?
4 *Hæc mecum re=*
puto, & animi mei
mecum æstus effun=
do: quando delibu=
tus proficiscar ut
cũ socijs eam domũ
Domini, cum exultanti uoce & gratula=
tione, cum festiuo ac celebri cœtu.

2 Sitiuit anima mea
Deũ, Deum, inquã, for/
tem & valentẽ: quando
mihi cõtinget, vt intro/
missus ad te aspiciar pla
cido vultu tuo?
3 Fuit mihi fletus pro
cibo die & nocte, quum
dicerẽt, qui insultabant
mihi, vbi nunc est Deus
ille tuus?
4 In memoriam reuo/
cabam quæ olim patri/
bus pręstitisti, & effun/
debã intra me animam
meam, memetipsum cõ/
solans, & futurum spe/
rans, vt liberer aliquan/
do à malis præsenti/
bus, & hinc transeam
cum multis, & profici/
scar cum illis vsq; in do
mum Dei tali cum gau/
dio, quali festus dies ce/
lebrari solet.

5 *Quàm deiecta es anima mea & conturbas me? spera in Deum, quoniam futurum est ut pro salute reddita gratias agam coram cõspectu eius.*

6 *Deijcit se apud me anima mea ò deus, cum subinde recordor tui, à terra Iordanis, & pusillo monte Hermonim.*

7 *Abyssus abyßum inuitauit, cataractæ tuæ uocem dederunt, omnes nimbi & fluctus tui super me transierunt.*

5 Quorsum affligis te ò anima mea, & tumultuaris intra me? spera bene de Deo, veniet eñ tempus vt ipse pro sua benignitate eripiat me ex malis meis, & ego occasionem habeam laudandi, & pro acceptis ab eo beneficijs, gratias agendi.

6 Mi Deus, anima mea cruciat sese intra me: nec habeo quo me consoler, nisi recordatione beneficiorum patribus nostris exhibitorum iuxta Iordanem, & a Mizar vsque ad montem Hermon.

7 Abyssus vna aliam inuitat sono, qualem edere solent cataractæ tuæ maximum, fluctus tui, & malorum vndæ per nos transierunt.

8 *Quotidie cōmē dat Dominus boni= tatem ſuam, ideo omni nocte laudem Dei uiui canam.*

9 *Et dicā Deo pe= træ meæ, cur obli= tus es mei? cur tri= ſtis incedo dum ho= ſtes me adfligunt? dum oſſa mea per= dunt?*

10 *Calumniantur me inimici mei quo tidie ad me dicen= do, ubi eſt Deus tuus?*

8 Pulſis malorum tene/ bris in die, Dominus decreuit miſericorditer agere nobiſcum, quare ne hac quidem tribula/ tionibus plena nocte à laudando illo ceſſabi/ mus: carmen enim in lau dem illius ſcriptum, & precatio ad Deū omni/ potentem, & vitæ auto/ rem, ſemper erūt in ore mihi.

9 Perſuadet ſibi de te, ò Deus, anima mea, quòd inſtar rupis fir/ miſsimæ ſis mihi tu: quouſque ergo obliui/ ſceris mei, & quouſque ego triſtis incedere co/ gar propter afflictionē inimici?

10 Tolerabilius foret mihi, ſi gladium adige/ rent in viſcera mea, q̃ impias contumelias au/ dire ab inimicis meis dicentibus aſsiduè cū riſu, vbi nunc eſt Deus ille tuus?

11 *Tu uerò anima mea citò deiecta es, & cur conturbas me? spera in Deũ, nam futurũ est, ut Deo meo iterũ pro reddita salute gratias agam.*

PSAL. XLIII.

1 *VIndica me deus & defende causam meã de gente nõ sancta: ab hoïe doloso & scelerato libera me.*

2 *Tu enim es ô deus robur meum, cur me repellis? cur tristis incedo hostibus me adfligentibus?*

11 Quorsum affligis te ô anima mea, & quorsum tumultuaberis intra me? bene spera de Deo, fiet enim adhuc vt gratias agam illi pro salute coràm ante conspectum meũ allata ab ipso, qui non dedignabitur se gerere pro deo mihi.

X L I I I.

1 IVdex meus esto Deus, & litiga pro me contra gentem nihil minus quàm sanctam, à viro doloso & iniquo libera me. Iudica me deus, & discer

2 Tu enim Deus autor esse soles omnimodæ fortitudinis mihi, quare ergo deseruisti me nunc, & viribus destituisti me? quousque lugens asiduè obambulo oppreßus tyrannide hostis?

3 *Emitte lucē & ueritatē tuam, istæ me ducant & collocent in sanctū montem tuum, & in habitaculum tuum.*

4 *Vt adeam aram Dei, ad Deum lætíciam & exultationem meam, & gratias tibi agam cum cithara ô Deus, deus meus.*

5 *Cur uerò anima mea deiecta es, & cur me molestas? spera in Deū, quoniam futurū est ut iterum pro salute*

3 Immitte lucem tuam & veritatē tuam, vt ipsa deducant me, & peruenire faciāt vsq; ad montem, quem tua sanctitas inhabitat: imò vsq; in ipsa penetralia cubiculi tui.

4 Vt perueniam vsque ad altare Dei, imò vsq; ad ipsum Deum autorem inenarrabilis mihi lætitiæ, quā & referam ingenuè acceptā tibi citharæ modulatione Deus, animo meo charissime Deus.

5 Quorsum maceras te ô anima mea, & quorsum tumultuaris intra me? expecta patienter quoad venerit Deus, futurum enim certò scio, vt adhuc laudē illum, quòd autor fuerit mihi omnimode, & ante cōspectū meum expositæ salutis, quodq;

mihi reddita gratias agam deo meo.

PSAL. XLIIII.

1 *AVribus nostris audiuimus ô Deus, memorantibus patribus nostris, opera, quæ cùm ipsi uiuerent, retro temporibus operatus es.*

2 *Tu enim manu tua, eliminatis gentibus, cõscuisti eos: tu pdidisti & abiecisti populos.*

3 *Non enim gladio suo comparauerũt terram, neq; bra=*

non fuerit dedignatus gerere sese pro Deo mihi.

XLIIII.

1 DEus aurib⁹ nostris audiuimus : patres enim nostri commemorauerunt nobis insignia illa, & digna admiratione opera, quæ tempo ribus illorum operatus es, & temporibus quæ illos præcesserãt, quemadmodum ipsi illa à patribus suis acceperant, bona fide narrauerunt nobis. Deus an ribus no stris.

2 Tu omnipotentia tua gentes extirpasti, & patres nostros in loca illarum inseruisti: plurima mala tu intulisti populis illis, vt patres nostros in terras illorum introduceres.

3 Palàm est enim eos non suo gladio conqui-

chium ſuum ſalua=
uit eos, ſed dextera
tua brachiũ tuum,
& lux uultus tui,
quoniã gratia tua
perſequebaris eos.
4 *Tu enim es ille*
rex, & Deus no=
ſter, qui mittis Iaa=
cob ſalutem.
5 *Te duce hoſtes*
noſtros uelut cornu
uentilauimus, uirtu
te tua fulti ſperne=
bamus qui inſurge=
bant in nos.
6 *Non enim ſpera*
uimus in arcum noſtrũ, neq; gladius noſter
ſaluauit nos.

ſuiſſe terras illas, nec
brachio ſuo victores eua
ſiſſe, ſed dextera tua &
brachium tuum, & fa/
uor relucens in vultu
tuo, hæc illis præſtite/
runt, non ob aliud q̃
quia libuit tibi benefa/
cere illis.
4 Tu es ille quem meri/
tò amo, meus ille rex
Deus, qui dignatus es
tam multis modis bene/
facere Iacob.
5 Quare freti tuo auxi/
lio aduerſarios veluti
cornu petebamus, fre/
ti potentia numinis tui
proſternebamus quot/
quot inſurgere audebãt
in nos.
6 Non enim in meo
arcu ſpem ponebam: nec
enim meus gladius ſer/
uare me potuiſſet.

7 *Sed tu ſaluaſti nos de hoſtibus noſtris, & inimicos noſtros confudiſti.*

8 *Te Deū noſtrum collaudemus omni tempore, & maieſtati tuæ in perpetuum gratias agamus.* סֶלָה

9 *Nunc autem deſeris, & obijcis contumeliæ, neq; proficiſceris cum exercitibus noſtris.*

10 *In fugam uertis nos corā hoſte, & inimici noſtri conculcant nos.*

11 *Feciſti nos gregi, qui laniatur, ſimi=*

7 Sed tu victoriam tribuiſti nobis de aduerſarijs noſtris, & eos qui odio nos proſequebantur, dedecore affeciſti ſpe ſua fruſtratos.

8 Quòd Deum propitium habuerimus, seriò exultare conſueuimus: quare maieſtatem nominis tui Domine perpetuò celebrabimus. Ita fiet.

9 Sed qui fieri poteſt, vt nunc deſerueris nos, & ignominia affeceris nos, nec egrediaris nobiſcum, ſicut ſoles, in prælium?

10 Coëgiſti nos terga præbere hoſtibus, & præda facti ſumus illis, qui odio habebant nos.

11 Similes nos feciſti

les, & inter gentes dispersisti nos.
12 *Vēdidisti populum tuū in frequēte mercatu, neq; tenaciter contendisti de precio eorum.*
13 *Exposuisti nos ludibrio uicinorum nostrorum, risui & cachinno his qui circum nos sunt.*
14 *Fecisti nos fabulam in gentibus, & sannam in populis.*
15 *Omni tempore ignominia nostra ante oculos nostros est, & pudor uultus nostri operit nos.*
16 *Propter uocem cōtumeliantis & conui=*

ouibus mactationi destinatis, dispersisti nos per exteras & à cultu diuino alienas nationes.
12 Vendidisti populum tuū nulla pecunia, nec obulo vno factus es ditior ex vēditione illorū.
13 Exposuisti nos probro vicinis nostris, subsannationi & ludibrio fuimus ijs, qui habitant circum nos.
14 Fecisti nos fabulam ethnicis, moto capite irrident nos populi.
15 Assiduè nobis versatur ob oculos contumelia, pudor faciem occupat totam,
16 Propter contumeliosam insultātis nobis vo=

tiantis, propter inimicos grassantes.

17 *Hæc omnia usu=ueniunt nobis, attamen non obliuiscimur tui, & fœdus tuũ non uiolamus.*

18 *Cor nostrum nõ uertitur retro, sed tu declinasti gressus nostros de semita tua.*

19 *Comminuisti nos in puluerẽ ubi draconũ sunt cubilia, & mortali umbra operuisti nos.*

cem, & probris nos affli-cientis: & propter inimicum, qui se gloriatur facultatem nactum, vt nos tanquam dignos malo affligat.

17 Hęc omnia ferre cogimur, non quòd obliti fuerimus tui: vel fœdus initum tecum rupe-rimus.

18 Non enim aliò abs te deflexit cor nostrum, nec declinauit gressus noster à vijs, quas tu ostenderas nobis.

19 Contriuisti interim nos locis, quibus nõ homines, sed dracones habitare videntur, contexisti nos caligine tribulationis vsque ad mortem.

20 Si obliti fuissemus nominis Dei nostri,

20 *Si obliti fuissemus nominis Dei nostri, & manus nostras ad peregrinum Deum*

expandissemus.

21 *Iure inquireret super isto Deus, ipse enim nouit ab= dita cordis.*

22 *Sed propter te trucidamur omni tẽpore, æstimamur sicut oues macello destinatæ.*

23 *Exurge igitur, cur stertis Dñe, ex= pergiscere, & ne prorsus deseras.*

24 *Cur uultum tu= um abscondis? cur obliuisceris nostræ tum adflictionis, tũ expugnationis?*

aut expandissemus ma/ nus nostras implorãtes opem ab alio, quàm te vero Deo.

21 Si quippiam tale fa/ ctum à nobis fuisset, meritò Deus pro eius/ modi impietate nobis hæc mala immitteret: nunc qui nouit etiam ea, quæ latent in pe/ netralibus cordis, scit nihil in nobis esse ta/ le, & tamen patimur hæc.

22 Propter te enim oc/ cidimur assiduè, æstima mur non pluris ab iis, qui nos occidunt, quàm oues à lanio, dum ma/ ctat eas.

23 Euigila, quousq; ster tere videberis? expergi/ scere, ne perpetuò negle cturus videaris nos.

24 Quousq; faciẽ tuam abscondes, tanquã nul/ lam habeas afflictionis

25 *Quoniã depres=*
sa est ad puluerem
anima nostra, humi
defixus est uenter
noster.

25 *Exurge igitur*
fer opem nobis, &
libera nos per boni
tatem tuam.

PSAL. XLV.

1 *Profundat cor*
meum oratio=
nem luculentam, ut
regi recenseam o=
pus meũ. Tu lingua
mea prompti scri=
bæ stylus esto.

2 *Pulcherrimus ho*
minum es, gratia

nostræ & oppressionis
rationem?

15 Prostrati em̃ sumus
vsq; in terrã, & venter
noster terræ adhæret.

26 Exurge tandẽ vt au
xilieris nobis, & libera
nos pro immensa beni-
gnitate tua.

XLV.

1 ERumpit ex corde
meo sermo optimus,
quem vnà cum reliquis
operibus meis dedico
regi, & lingua mea non
minus promptè excipit
quæ illi suggerit anim⁹,
quàm scribit calamo is,
qui scribendi est peri-
tissimus.

2 Supra modum for-
mosus es, nec quisquã
ex posteris Adæ con-
ferri tecum vlla ratio-
ne poterit: copiosissi-
ma effusa est gratiosi-
tas in labia tua, vt sit

Eructa-
uit cor
meũ ver
bum bo.

diffusa est per labia tua, adde quòd Deus beatum te fecit in perpetuum.

3 *Accinge renes tuos ô heros gladio tuo: honore, gloria & magnificẽtia tua perrumpe.*

4 *Inscende & uehere his rebus uelut quadriga, ueritate, fide, mansuetudine & iustitia, & per omnia diriget te miranda dextera tua.*

5 *Sagittæ tuæ acutæ corda hostiũ regis penetrent, populi abs te sternantur.*

sermo tuus gratia summa conditus: quare & Deus te diuinis muneribus ornatissimũ reddidit, quæ nunquam auferentur à te.

3 Accinge gladium tuum femori tuo ô potentissime, laudem enim & honorem magnifice assequeris.

4 Et honorem virtutibus tuis debitum assecutus, tenta quicquid volueris, prosperrimè enĩ cedet tibi: veheris predicatione fidei & mansuetæ iustitiæ, designabit stupenda dextera diuinitatis tuæ, quæ summo tibi cedent honori.

5 Vbi sagittæ tuæ vehementer acutæ penetrauerint corda olim hostium tuorum ô rex: tum nationes variæ

6 *Solium tuum ò Deus, in perpetuũ, & si quid ultrà est, durat, sceptrum regni tui, æquitatis sceptrum est.*
7 *Amas iustitiã & iniuriã odisti, idcirco unxit te Deus, Deus tuus unguento lætitiæ præ sodalibus tuis.*
8 *Myrrham, Stacten, & Casiam redolet uestis tua: de domicilijs eburneis in quibus iucundè uictitas,* prodis: *regnum quoq; filiæ ambitiosa ista tua inhabitant.*
9 *Constat regina ad dexteram tuam in*

supplices fient tibi.
6 Solium tuum regium, ò Christe, Deus hoc seculo stabile erit, & futuro vsq; in perpetuũ: sceptrum iustitiæ erit sceptrum regni tui.
7 Amantissimus es iustitiæ, & odio prosequeris quicquid est ab æquitate diuersum, quare vnxit te Christe Deus, Deus tuus oleo fragrantiore quàm vllum vnquã sociorum tuorum.
8 Nihil quàm myrrhã, aloẽn, & casiam spirant omnia vestimenta tua: ex repositorijs vestium eburneis, deprompta in hoc, vt te exhilarẽt illis.
9 Filiæ regum aderunt

mundo auri nobilißimi.

10 *Eã sic alloquor, Ausculta ò filia, inspice, & aurẽ tuam præbe, atq; obliuiscere populũ tuum, & domũ patris tui.*

11 *Rex enim deamat uenustatẽ tuã, quia ipse est Dominus tuus, & adorabis eum.*

12 *Filiæ autẽ Tyri, & diuites populi, allatis muneribus uultum tuum deprecabuntur.*

inter reliquas puellas nobiles, statuetur tibi ad dexterã coniunx ornata auro Ophir optimo.

10 Audi filia, & rem perpende, aurem tuam præbe mihi, vt populi tui obliuiscaris, & cognationis paternæ hortanti.

11 Captus est enim amore insignis ille rex formæ tuæ: est autem, vt scias, hic Rex Dominus tuus, dignus cui tu in genua prouoluta supplex fias.

12 Et si nuptiæ processerint, filia Tyri muneribus amicitiã inire tecum studebit, venerabũtur te ditissimi quiq; in toto populo.

13 Varius erit ornatus reginæ regis illius, sed non omnium oculis

13 *Omnis decor reginæ usque ad intima,*

& Phrygio opere
o͞is uestis eius deau=
rata & acu picta.
14 *Ducitur ad re=*
gem, & cognatæ
uirgines post eam
tibi ueniunt ò rex.
15 *Adducūtur cum*
lætitia & exulta=
tione, adducūtur in
regiam tuam.
16 *Pro relictis parē*
tibus tuis ò regina
erunt tibi filij, quos
principes præpones
uniuerso orbi.
17 *Memorabo no=*
men tuum uniuersæ
posteritati, ut & populi te canant inæ=

expositus: animi enim
magis erit, quàm cor-
poris: vestis illius auro
intertexta erit artificio-
sissimè.
14 Vestibus elegantissi
mè variegatis perduce-
tur ad regem illū, virgi-
nes comitabūtur illam:
adducitur iam nūc cum
suis virginibus regina
tibi ò rex.
15 Perducentur cū gau-
dio & summa lætitia,
penetrabunt vsq; in in-
timum palatium regis.
16 In locum patrū tuo-
rum succedent filij' ti-
bi longę præstantiores
patribus illis: quos præ-
ficere poteris vniuersæ
terræ.
17 Faciam memorabile
nomen tuum apud po-
steros omnes: vt cele-
braturi sint te vsque ad

ternum, & si quid ultrà est.

PSAL. XLVI.

1 *DEus refugiũ nostrum, & robur, auxiliũ quoque inedicibile in tribulatione repertus est.*

Deus noster refugium & virtus.

2 *Propterea non timemus etiãsi moueatur terra, & deuoluantur mõtes in abyssum maris:*

3 *Si tumultuentur & insurgant aquæ eius, si frendãt montes per superbiam suam.* סלה

4 *Flumen enim est quod cum riuis suis*

consummationem seculi & in perpetuum.

XLVI.

1 DEus fiduciam nobis suppeditat & robur, vt est illius mos: sæpissimè enim auxilio fuisse ijs, qui in periculis constituti fuerãt, deprehensum est manifestissimè.

2 Quare non timebimus etiam si subuertatur tota terra, & præcipitentur montes in medium mare.

3 Tumultuentur licet & strepitum edant aquæ maris, cõtremiscãt montes metu maiestatis illius. Ita fiat.

4 Exterritis alijs fluuius amœnissimus in varios diductus riuulos

lætificat ciuitatem Dei, ſanctum tabernaculum altißimi.

5 *Deus in medio eius eſt, nihil patietur, Deus enim tempeſtiuè opem feret ei.*

6 *Tumultuentur gentes, motus concitēt regna, & tellus dato fragore cō tremiſcat.*

7 *Dominus tamen exercituum nobiſcū eſt, & refugium noſtrum Deus Iacob.* סלה

exhilarabit ciuitatē noſtram: quam Deus inhabitat protector noſter, & gratiſsimè humectabit loca ſācta, quę incolit ſanctiſsimus ipſe.

5 Ipſe Deus in medio illius noſtræ ciuitatis adeſt aſsidue, & curat ne vel tantillum concutiatur: auxilio veniet quoties opus erit, etiam ante ipſam aurorā ſummo manè.

6 Trepidauerunt gentes, & commota ſunt regna, vocem ſuam diuinæ maieſtatis tam plenam edidit Deus, vt viribus ſuis deſtituta fuerit vniuerſa terra.

7 Dominus, in cuius poteſtate ſunt omnes exercitus, adeſt nobis, inſtar firmiſsimæ baſis eſt nobis Deus Iacob. Ita res habet.

8 *Venite, contemplemini opera Domini, quasnam solitudines fecerit in terra.*

9 *Bella sustulit usq; ad terminos terræ, arcum confregit, hastam concidit, quadrigas autẽ combußit in igne.*

10 *Adquiescite igitur & cognoscite, quòd ego sum deus sublimis inter gentes, sublimis in universa terra.*

8 Eia contemplamini, quæso, opera Domini, vt videatis, quàm admiratione digna designauerit in terra.

9 Cessare fecit bella per totum orbem & omnes angulos illius, arcum cõfregit, sagittas & lãceas perdidit, currus bellicos igne exussit.

10 Hæc si diligẽter perpenderitis, agnoscetis facile me esse Deum, qui potestatem habeam in gentes, & in vniuersam terram.

11 Dominus imperator omnium exercituũ partium est nostrarũ, instar firmissimę basis, cui tutò inniti possumus, ipse nobis est Deus Iacob. Ita res habet.

11 *Dominus exercituum nobiscum est, & refugium nostrum Deus Iaacob.* סלה

PSALMVS XLVII.	PSALMVS XLVII.	
1 *OMnes populi plaudite manibus, iubilate deo exultanti uoce.*	1 QVotquot vſquam eſtis populi plaudite manibus, ſigna lætitiæ in honorem Dei edite voce quantũ poteſtis maximè hilari.	Oẽs gentes plaudite.
2 *Quoniam Dominus excelſus, mirabilis, & rex magnus eſt ſuper uniuerſam terram.*	2 Dominus enim factus eſt ſublimis,& ſuſpiciẽdus: conſtitutus eſt rex omnia potens ſuper vniuerſam terram.	
3 *Subiecit nobis populos, & gẽtes ſub pedes noſtros.*	3 Sola prædicatione Euangelij ſubiecit populos nobis, à cultu diuino antea alienos: populos inquam ſubiectos fecit, et ſupplices ad pedes noſtros prouolutos.	
4 *Elegit hæreditatem noſtram, decorem Iaacob, quem diligit.* סלה	4 Elegit in hæreditatem nobis florem præcipuum ipſius Iacob, quem amauit. Ita res habet.	
5 *Aſcendit deus cũ*	5 Aſcendit in altum	

clangore, dominus
cum uoce tubæ.
6 *Pſallite deo pſal*
lite: pſallite regi no
ſtro pſallite.
7 *Quoniã rex uni*
uerſæ terræ Deus,
pſallite cũ ĩduſtria
8 *Deus gentibus*
imperat, deus quo=
que ſedet in ſolio
ſuo ſancto.
9 *Principes popu*
lorum collecti ſunt
ad Deũ Abraham,
quoniã ſuper deos,
terræ protectores,
ultra modum altior
factus eſt.

Deus, exceptus eſt cum
iubilo, Dominus ipſe
cum clangore tubæ.
6 Quare pſalmis cele/
brate deum : iterum di/
co celebrate regem hunc
noſtrum, atque iterum
abſque ceſſatione cele/
brate.
7 Conſtitutus enim eſt
rex omnium, qui terrã
incolunt, Deus : quare
pſalmos in veneratio/
nem illius canite, quot/
quot ſapitis.
8 Deus ſuſcepit impe/
rium in gentes, Deus
ſedet pro tribunali, ſan/
ctitatis ſuæ ſpecimẽ edi
turus.
9 Principes populorum
vltro ſubdiderunt ſeſe
Deo Abraham : habet
enim poteſtatem Deus
in fortiſsimos quoſque
totius terræ, & infini/
tis modis ſuperior fa/
ctus eſt omnibus illis.

PSALMVS

XLVIII.

1 *Magnificetur & summo*
perè laudetur Do
minus propter ciui
tatem dei nostri mõ
tem eius sanctum.
2 *Mons Zion in cu=*
ius Aquilonari la=
tere urbs magni re=
gis, speciosa nym=
pha est, & decus
uniuersæ terræ.
3 *Deus protectio=*
ne ædium in ea no=
tus est.

XLVIII.

1 MAgni fit Domi/
nus, & laudatur
meritò ab ijs, qui ciui/
tatem Dei nostri inco/
lunt, quæ sita est in mõ
te, quem sanctitas illius
inhabitat.
2 Elegans regio, gau/
dium vniuersæ terræ
mons Sion, lateribus
expositus Aquilonis, ci
uitas regis potentissi/
mi.
3 Deus in palatijs ciui/
tatis illius sic notus est,
vt ignorari non possit:
quin hoc ab ipso habe/
ant quòd stabilia sint.
4 Reges ipsi res mira,
consilio inito congre/
gati & vnà ad ciui/
tatem illam profecti
sunt.

1 Magnus
Dñs &
laudabi/
lis.

4 *Nam ecce cùm reges aut istic colligun=*
tur: aut prætereunt.

5 *Cùm contẽplantur modò, ſic conſternantur, attoniti fiunt ac ſtupent.*

6 *Sic corripit eos iſtic pauor & dolor parientium.*

7 *Quomõ cũ Noti procella marinas naues cominuit.*

8 *Hæc audiuimus & uidimus in ciuitate Domini exercitium, in ciuitate Dei noſtri. Deus ſeruet eam in perpetuum.* סלה

5 Quam quũ vidiſſent, animo conturbati ſunt, & metu perculſi.

6 Terror inuaſit eos ipſo in loco, & dolor qualis mulierem ſolet parturientem.

7 Fracti ſunt animo, quomodo tempeſtate ab orientali plaga exorta confringi ſolent naues Tharſis.

8 Quemadmodum audiuimus, inquiebant, ſic rem ſe habere coràm ipſi vidimus in ciuitate Domini in omnia imperium habentis, in ciuitate inquam Dei omnium noſtrum: Deus ipſe ciuitatem illam ſtabiliet in ęternum Ita fiet.

9 Cum fiducia expectauimus Deus beni,

9 *Exprimimus Deus bonitatem tuam, in medio templi tui.*

10 *Vt maiestas tua, ita & laus tua usque ad terminos terræ perueniat, dextera enim tua plena est iustitia.*

11 *Lætetur mons Zion, exultent filiæ Iuda propter iudicia tua.*

12 *Obambulate & circumite Zion, numerate turres eius.*

13 *Cõmendate cordi uestro muros eius, & ædes eius extruite, ut narrentur posteris.*

14 *Hic enim deus,*

gnitatem tuam, qui versamur in medio domus regiæ tuæ.

10 Sicut fama nominis tui ad extremos fines terræ peruenit, ita & maiestatis tuæ laus: iustitia plena est dextera tua: quæcunq; enim facis, iustissimè facis.

11 Gaudebit mons Siõ, & exultabũt filij Iudæ, propter iudicia tua.

12 Circuite Sion, & diligenter contemplamini eam, numerate turres illius.

13 Adhibete animum ad murum eius, vt diligenter cognoscatis: cõsiderate diligenter, vt quàm sint admiratione digna palatia eius describere posśitis, & relinquere posteris.

14 Profectò hic Deus noster erit Deus perpetuò & vltrà, Ipse dedu-

Deus noster est in perpetuum, & si quid ultrà est, ipse dux noster erit in sempiternum.

PSALMVS

XLIX.

1 *AVdite istud oẽs populi aurem præbete omnes qui habitatis orbẽ.*

Audite hec gentes auribus.

2 *Imi & summi æquè diues & Pauper.*

3 *Os meum disseret de sapientia, & cor meum intelligentiam meditabitur.*

4 *Diuertam ad parabolam, & ænigma meum carmine proponam.*

cet nos quocunq; profecti fuerimus, vsque ad finem vitæ.

XLIX.

1 AVdite quod dicturus sum populi omnes, auribus percipite quotquot inhabitatis orbem,

2 Et plebeij, & principes, vnà diues cum paupere.

3 Os meum loquetur multa sapienter: & cogitatio cordis mei erumpet in verba prudentia.

4 Adhibebo ad expendendam parabolam aurem meam.

5 *Qui fit ut diem*
malum metuam, ut
iniquitas calcanei
mei me circunstet?
6 *Quia ex his qui*
rebus suis fidunt,
& in multitudine
diuitiarum suarum
sese iactant,
7 *Nemo fratrē suū*
ulla ratione potest
redimere, neq; pro
eo redemptionē deo
dare,
8 *Neque precium*
9 *liberationis animæ*
eius, ut in perpe=
tuum uiuat, & non
sentiat corruptionem, sed in perpetuum

5 Cur sollicitus ero de
huius vitę bonis tempo
re quo viuitur cum mi
seria in terra, nō vt finis
operum meorū iniquita
tis me cōdemnet?
6 Quorsum multi spem
ponūt in diuitijs, & pro
pter multitudinem diui-
tiarum superbiunt?
7 Nemo enim potest
vel fratrem suum si ve-
lit liberare vllis opibus
à morte, nec offerre deo
quicquam, quod pro
eius redemptione velit
suscipere.
8 Profectò rarißimè
seruantur, qui diui-
tijs inhiant & qui pe-
rit ex eis, peribit per-
petuò.
9 Viuet quidem in æter
num, sed sic; vt ne opta
tus quidem interitus illi
contingat.

hoc negatum est.

10 *Videre enim est ut sapientes æquè moriantur & pereant, ac stulti et stupidi, & opes suas alienis relinquant.*

11 *Quamuis penetralia sua, ædes, & domicilia in perpetuũ habitare decreuerint, & nomina sua magna fecerint super terram, ut ad posteros durent.*

12 *Quum homini haud detur, ut cum opulentia sua quiescat, sed iumentis*

10 Quia videbunt quidam mori sapientes, nihil interesse putabunt inter mortem sapienteũ & stultorum: quum stulti & bruti homines non moriantur solùm sicut sapientes, sed post mortem perpetuò intereant, destituti omnibus illis, quæ hîc magno studio & animæ detrimento congesserant: relinquere enim ea alijs coguntur.

11 Sepulchra eorum domus ipsis erunt perpetuò, & cubilia ipsis in generationem & generationem, quum viuerent famæ magis, quæ ad posteros perueniret, studiosi quàm salutis æternæ, nomina sua indiderunt terris.

12 Verùm fieri non potest, vt eiusmodi

hac in re similis fit.
13 *Tale est stultorũ iter, & posteri eorum idem ingrediuntur.* סלה
14 *Quos in foueam redactos, mors uelut gregẽ depascit ac subigit: recti uerò in luce erunt: at istorum thesaurus ueterascet, & habitaculum eorũ erit fouea.*
15 *Verũtamen animam meã redimet Deus de potestate inferorũ, & consolabitur me.* סלה

homo diu in precio sit: stoliditas enim illius deprehendetur, & non fiet pluris quàm bestiæ, quibus se similem fecit.

13 Hic est successus stultitia illorum dignus, sed & posteri illorum, quod ab illis didicerũt, sequẽtur. Ita fiet.

14 Sicut oues abducentur ad inferos, vbi pabulum erunt morti perpetuæ, & triumphabunt de eis iusti tempore matutino cum summa gloria: robur eñ impiorũ peribit, vbi ad inferos à magnificis ædibus, quas hic extruxerant, translati fuerint.

15 Interim Deus liberabit animam meam ab eo cruciatu, qui impios manet, ipse enim me recipiet ad se. Ita fiet.

16 *Ne paueas cùm
ditescit homo, &
cùm augescit glo=
ria domus eius.*

17 *Quoniã in mor
te sua omnium ni=
hil accipiet, neque
sequetur eum glo=
ria eius.*

18 *Sed dũ uiuit ani
ma eius beata dici=
tur, laudatur cũ ei
bene est.*

19 *Cùm uero ad ge
nus patrum suorum
abierit, in perpe=
tuum non uidebit
lucem.*

16 Ne admireris, &
metuas si diues quis fa-
ctus fuerit: & si ingens
facta fuerit gloria dom⁹
eius.

17 Quando enim morie
tur, nihil eorum auferet
hinc secũ, nec gloria illa
comitabitur eum.

18 Quia in hac vita
beatus sibi visus est, &
alios ad idem vitæ ge-
nus hortatus est: vt vi-
delicet genio indulgeas
& exemplo eius bene
cures te.

19 Ipse perueniet cum
pernicie animæ suæ vs-
que ad patres suos, quo
rum impietatem imita-
tus est: quos inuentu-
rus est in densissimis te-
nebris nulla vnquam lu
ce illustrandis.

20 Miserabilis homun-
cio quum in honore

20 *Homo cum in precio est, non reputat,*

ſed iumẽtis cõpara tur & ſimilatur.

propter diuitias eſſet, nihil intellexit, ſed pecudumvitam imitatus ſeſe ſimilem fecit illis.

PSAL. L.

1 *DOminus Deus fortis, aduocata terra ab ortu & occaſu ſolis,*

2 *Et à pulcherrima Zion, loquetur, cum maieſtate ueniens.*

3 *Veniet enim Deus noſter, & non cunctabitur, uorax ignis ante ipſum incedet, & circũ eum uehemens turbo.*

L.

1 DEus iudicium Dominus locutus eſt, & cõuocauit omnes qui terram inhabitant ab ortu ſolis vſque ad occaſum. De⁹deorum dñs locutus eſt.

2 Ex Sion veluti omnis elegãtię quędã ſumma, illuſtris apparuit.

3 Veniet Deus noſter, nec perpetuò ſilebit: ignis enim vaſtans præcedet ipſum, & circa ipſum vento ignis ille excitabitur, vt ardeat vehementius.

4 Aduocabit cœlos deſuper & terrã, iudicaturus populum ſuum.

4 *Aduocabit ſupernè cœlum & infernè terrã, ut iudicio cõtendat cum populo ſuo.*

5 *Congregamini mihi, inquiens, sancti mei, socij fœderis mei, quod super sacrificijs.*

6 *Hîc cœli iustitiã eius prædicabunt, nam Deus ipse iudex erit.* סלה

7 *Audi popule mi, nam loquar, Israël, nam te contestabor ego Deus, Deus tuus.*

8 *Num sacrificiorum causa redargui te? aut iugis holocausti coram me offerendi?*

5 Congregate ad me sanctulos meos, inquit Dominus, de quibus tam sum meritus bene, & qui mecum inierunt pactum de sacrificandi ratione.

6 Quod vbi factum fuerit, cœli palàm iustum esse Dominum prędicabunt: est enim iudex ipse iustissimus. Ita res habet.

7 Audi itaque popule mi, & loquar ô Israël, te ipsum enim testem adhibebo: negare enim non poteris, quin Deus, præcipuè autẽ in te benignus Deus ego sim.

8 Non te reprehẽdam, quòd sacrificiorum mihi non obtuleris satis: holocaustomata ẽm tua assidue coram me prę stò sunt,

9 *Num à domo tua taurum postulaui, aut de caulis tuis hircos?*

10 *Meæ enim sunt omnes bestiæ nemorum, & millia iumentorũ in montibus.*

11 *Notæ sunt mihi uolucres montium, & auiculæ agri me non latent.*

12 *Si esuriero, non est ut tibi indicem, meus enim est orbis, & quicquid in eo est.*

9 Putas ne opus mihi fore vt impetrẽ à domo tua iuuẽcũ aliquem, aut ex caulis tuis hircos?

10 Falleris si hoc putas meæ em̃ innumeræ sunt illæ feræ, quæ in syluis degunt, pecudes præterea quæ errant in mille montibus.

11 Exactè noui genus omne auium, quamuis in editissimis montibus nidos suos collocent, & quicquid animantium vsquam in vllis campis viuit, in mea est potestate.

12 His omnibus ego in primis opus non habeo: & si opus haberem & esurirem, te non orarem vt mihi suppeditares hæc: orbis enim totus est meus, & quicquid toto orbe, quantũuis varium sit, continetur, meum est.

13 *Num bubula carne uescor? aut hircorum sanguinem bibo?*

14 *Macta domino gratiarum actionẽ, & redde altißimo uota tua.*

15 *Deinde inuoca me in tempore tribulationis, & eripiam te, ut me magnifices.*

16 *Contrà uerò impium sic adfatur Deus: Quamobrem prædicas legem meam, & fœdus meum accipis in os tuum?*

13 An quisquam ve-strum est tam stultus, vt putet me taurorum carnibus victitare, aut sanguinem hircorum potitare?

14 Offer Deo quis-quis illi placere studes, animi gratitudinem: & facilè altissimo grata erunt qualiacunq; fue-rint sacrificia tua reli-qua, quæ te oblaturum vouisti.

15 Et si tum implora-ueris auxilium meum tempore afflictionis, sic eripiam te è malis, vt gratias mihi magnificè habiturus sis.

16 Ad impium autem dixit Deus, qua fronte tu verbis enumeras con-stitutiones meas, & pa-ctum meum quod pepi-gi cum sanctis vel no-minare audebis tu?

17 *Quũ tamẽ odio habeas disciplinam & post tergum tuum uerba mea abijcias?*

18 *Cùm furem nactus es, curris cum eo, & sors tua cum adulteris est.*

19 *Os tuũ laxas ad malũ, & lingua tua dolos concinnat.*

20 *Sedes & loqueris in fratrem tuũ, & in filium matris tuæ profers calumniam.*

17 Quum odio habeas omnem rectam admonitionem, & abieceris verba mea post tergum tuũ, & ex animo deleueris, licet extremis labris ea crepes.

18 Si enim furem vsquã vidisti, illi te adiunxisti, et fieri furti particeps cupiebas, & socius factus es illorũ, qui alienas stuprare solent vxores.

19 Os tuum assuefecisti ad maledicentiam: & lingua tua concinnabat dolum.

20 Conabaris fratrem tuum maledicentia perdere, & filium matris tuæ facere infamem nitebaris.

21 Hæc fecisti: & quia ego ad tempus dissimu-

21 *Hæc facis, dũ dissimulo, adde quòd me tui similem putas: sed redarguam te, &*

me in oculos tuos ſtatuam.

22 *Cõſiderate iſta quæſo, qbus numinis mentio excidit, ne quũ rapiã deſit uobis qui eripiat.*

23 *Qui laudem et gratiarum actionẽ mactat, me magnificat, & hac uia oſtendam ei ſalutem Dei.*

PSAL. L I.

1 *Miſerere mei Deus ſecundum bonitatẽ tuã, ſecundũ multitudinem miſerationum*

Miſerere mei deus ſecundum magnã miſeric.t.

laui, putabas me ſimilem tibi hominem ſtolidum: ſed caſtigabo te, & diſponam ante oculos tuos ordine flagitia tua.

22 Intelligite hoc tandem, quod dico, apud quos in obliuionem uenit Deus, ne fortè rapiam, & non ſit qui eripiat.

23 Quicunq; mihi animi offert gratitudinem, is me verè honorat, & rectà it ad me, cui ego oſtendam facilitatem plane diuinam, qua illum faciam perpetuò beatum.

L I.

1 Miſereat te mei ò Deus, pro genuina benignitate tua, pro immenſa clementia tua dele flagitia mea.

tuarum dele transgreßiones meas.

2 *Magis ac magis ablue me à ſcelere meo, & à peccato meo munda me.*

3 *Nam trãgreßiones meas ſcio, & peccatũ meum nunquàm excidit mihi.*

4 *In te ſolũ peccauiſſe dolet, et malũ in oculis tuis feciſſe: quapropter iuſtifica ſecundũ uerbum tuum, & munda ſecundum æquitatem tuam.*

5 *Ecce cum dolore*

2 Iterum atque iterum lauando elue iniquitatem meam: & à peccato meo purũ redde me.

3 Scelera enim mea agnoui reuerſus ad me, & peccatum meum aſsiduè ob oculos verſatur mihi.

4 In te, in ſolum te peccaui, & abominabile ſcelus hoc admiſi, non reueritus conſpectum tuum: quare ſi hanc iniquitatem mihi condonaueris: & promiſſa ſeruaueris, perſido mihi meritò æquiſſimus iudicaberis, & in ſeruandis promiſsis conſtantiſsimus, & in damnandis illis qui reſipiſcere nolunt, iuſtiſsimus.

5 Profectò non ignoras, quantum ad me attinet iniquitatem mihi

natus sum, & cum
peccato cõcepit me
mater mea.
6 *Ecce uerò tu fi*
duciæ firmitate ita
delectaris, ut abstru
sa sapientiæ docue=
ris me.
7 *Lustra me hysso*
po, & mũdabor: la
ua me, & supra ni=
uem dealbabor.
8 *Nũcia mihi gau*
diũ & lætitiam, &
exultabũt ossa, quæ
comminuisti.

esse veluti ge nuinam, &
matrem meam pecca/
to obnoxiam fuisse in
ipso calore conceptiõis
meæ.
6 Quanquàm ergo vi/
tiatæ carnis impulsu fœ
dissimè lapsus sum, tu
fidem tamen & cando/
rem, qui in penetrali/
bus pectoris situs est, ma
ximè amare soles, à quo
nõ omnino sum alienus:
non enim tam malitia
hoc scelus admisi, quàm
concupiscentia victus:
quare iterum occultis
inspirationibus docere
me solidam sapientiam,
sicut soles, non dedigna
beris.
7 Si ergo expiaueris sce
lus hoc meum hyssopo,
veluti consummata ex/
piatione, purus ero: &
si elueris maculam hanc meam, ipsa iterum niue al
bior fiam.
9 Vbi exhilaraueris me gaudio & solita lætitia,

9 *Auerte faciẽ tuam à peccatis meis, & omnia scelera mea deleas.*

10 *Cor mundũ crea mihi Deus, & spiritum integrum intra me renoua.*

11 *Ne abijcias me de conspectu tuo, & spiritum tuum sanctum ne auferas à me.*

12 *Redde mihi lætitiam salutis tuæ, et spiritu liberali fulcias me,*

13 *Et dirigã transgressores in uiam*

tum exultabunt ossa mea, quæ vulneraueras tu.

9 Auerte quæso faciem tuam à peccatis meis, et vniuersas iniqtates meas dele.

10 Fac purum sit cor meum intra me ò Deus, & spiritum illum stabilem renoua in corde meo.

11 Ne destituas me solito fauore tuo, nec spiritum illum insigniter sanctum auferas à me.

12 Quin potius restitue mihi gaudium, quod de salute mihi per te præstanda concepi, & principe illo spiritu muni me.

13 Hoc vbi præstiteris mihi, ego docebo peccatores quibus vijs perueniatur ad te, & peccatis grauati meo exem-

tuã, & peccatores ad te redibuut.

14 *Libera me de cruẽto scelere de⁹: ò Deus salus mea, ut celebret lingua mea iustitiã tuam.*

15 *Adperi Domine labia mea, ut os meum exponat laudem tuam.*

16 *Quoniã si ama res uictimam, rederem, sed holocausta non oblectant te.*

17 *Victimæ dei, spiritus cõtritus, cor fractum & comminutum: Hæc tu Deus*

plo reuertentur ad te.

14 Libera me ab homicidio, quod commisi Deus ò Deus author salutis meæ, vt cum gaudio cantet lingua mea insignem illam iustitiam tuam.

15 Aperi Domine labia mea, vt os meum prædicet laudes tuas.

16 Externis sacrificijs, etiam si plurima offerre coner, non placaberis, neque hostia quæ altari imponitur, delectaberis.

17 Sed sacrificia quibus placatur Deus, ea sunt, animus pœnitentia fractus, & cor dolore concussum & vulneratum: hæc à quocunque offerentur tibi ò Deus, despicere num

non contemnis.

18 Bonitate ergo tua
Prosequere Zion,
ut seruentur muri
Ierusalem.

19 Sic enim gratũ
tibi fiet uictimis iu
stitiæ, sacrificio, et
holocausto: sic in
aram tuã tauri im=
ponentur.

PSAL. LII.

1 QVid te* ò dij
boni, magni
ficas oĩ
tempore, ò facino=
rose gigas? *

2 Cur perniciem
molitur lingua tua, perinde ac nouacula

quàm poteris,

18 Vtere quæso, solita
benignitate tua erga
Sion, vt extruas muros
Ierusalem.

19 Tum grata tibi erũt
sacrificia, quæ signa
sunt iustitię internę, ob-
latio videlicet quęuis, et
holocaustũ, tunc ritè sa-
crificaturi imponent su-
per altare tuũ vitulos.

LII.

1 QVid gloriaris, & multa posse te pu- tas per malitiã? an igno ras sua clementia omni- potentem Deum adesse bonis omni tempore? Quid gloriaris in malit.

2 Sermonem pestilen-
tem suppeditat scelera-
tus animus linguæ tuæ,
quæ simillima est no-
uaculæ acutæ: quum

acuta, quæ dolum
facit?
3 *Cur malitiam po*
tius amas quàm ho
nestatē mendacium
magis quàm loqui
ueritatem? סלה
4 *Amas enim om=*
nes sermones per=
niciosos, ò lingua
fraudulenta.
5 *Quamobrem,*
& Deus funditus
te extirpabit, per=
det, ac è tabernacu
lo demolietur, & radicem tuam è terra ui
uorum. סלה
6 *Quod cum uidebunt iusti, stupebūt, &*
super eo cum risu dicent:

ad resecandam barbam
adhibita, aberrat, & iu-
gulum petit.
3 Amasti malitiam ma-
gis quàm probitatem,
& mēdaciū magis quàm
loqui id quod verū est.
Ita res habet.
4 Amasti omnis gene-
ris imposturas, vt illis
subuertas innoxios, &
linguam habes nil nisi
fraudes edoctam.
5 Quare omnipotēs de⁹
subuertet te, perdet te,
extrahet te è tabernacu-
lo, & radicitus euellet te
de terra viuentium. Ita
fiet.
6 Videbunt iusti, &
venerabuntur Deum: te

7 *En gigãtem qui non fecit Deum robur suũ, sed in multitudinẽ opum suarũ spem posuit, ac sceleri fidit.*

8 *Ego autem è familia Dei, uelut uirens oliua sperabo in bonitatem Dei inæternum, & si quid ultrà est.*

9 *Gratias agã tibi sempiternas pro his quæ fecisti, & coram nomen tuum, quoniã gratum est apud sanctos tuos.*

PSAL. LIII.

autem cum stultis conatibus tuis ridebunt.

7 Dicent enim, ecce hic ille est vir, qui non beneficio Dei fortis esse cupiuit: sed fiduciam habuit in diuitijs, & sceleribus potentiam affectauit.

8 Ego interim similis ero oleæ virenti, idq; in domo Dei: spem enim meam posui in misericordia Dei, quam nullo vnquam tempore deponam.

9 Laudibus efferam te, quia fecisti hoc, & patienter expectabo clementiam, quæ respondet ipsi nomini tuo, apud sanctos tuos gratiosissimo.

LIII.

Dixit insipiẽs in corde suo.

1 VAni dicunt i cordibus suis, non est Deus: sceleribus enim corrupti & abominabiles facti sunt, nullus est qui bonum operetur.

2 Deus cœlo prospexit ad filios hominum, ut uideret, an eẽt, qui saperet ac Deũ quæreret.

3 Hic quisq; defecerat, simul corrupti erant, nullus bonum operabatur, ne unus quidem.

4 Non'ne manifestum est, quòd scelera faciunt? quòd populum meum uelut cibum

1 PErsuasum habet animo suo stolidus nullum esse Deum, corruperunt & abominabiles fecerunt sese, nec quisquã est ex omnibus qui faciat bene.

2 Deus è cœlo prospexit, & contemplatus est posteros Adæ, vt videat num sit prudens quispiam, qui studeat placere Deo.

3 Singuli defecerunt, vnà omnes abominabiles facti sunt, nec est qui faciat bene, ne vnus quidem.

4 Ignorare ne potuerunt scelerati illi, qui deuorant plebeculam meam, non aliter quàm deuorari solet frustum

deuorãt? Deum au=
tem non inuocant?
5 Quòd metuunt
non metuenda? ſed
deus diſsipabit oſſa
eorum, qui te oppu
gnant: Confundes
eos, nam Deus ab=
horret ab eis.
6 Quis dabit de
Zion ſalutem Iſra
eli? ut cùm reſtituat
Deus captiuitatem
populi ſui, exultet
Iaacob & lætetur
Iſraël.

panis, non hoc licere il-
lis? nihil ne vnquam de
Deo legerunt!
5 Quare pauebũt etiam
vbi pauore non erit o-
pus, Deus enim diſper-
det oſſa illorũ, qui exer-
citum educere conabun
tur, ô Chriſte, aduer-
ſum te: pudore afficies
eos, & infamia, Deus
enim ſpreuit eos.
6 Vtinam Domin⁹ pro-
ferat è Sion omnimodã
illam ſalutem Iſraëli pro
miſſam, qđ fiet, quando
Dominus populum ſuũ
liberabit è captiuitate,
tunc exultabit ſeriò Ia
cob, & letabit̃ Iſraël.

LIIII.

1 DEus pro maieſtate nominis tui ſerua me & quum poteſtatem | Deus in noīe tuo saluũ me fac:

PSAL. LIIII.

1 DEus per nomen tuum ſalua me, & tua uirtute uindica me.

2 *Audi deus oratio*
nem meā, aurē præ=
be uerbis oris mei.
3 *Quoniā hostes*
insurgunt aduer=
sum me, & uiolen=
ti, qui Deum præ
oculis suis non po=
nunt, quærunt uitā
meam. סלה
4 *Sed ecce Deus*
auxilium tulit mihi
Dominus sustentat
animam meam.
5 *Reddet malum*
inimicis meis, & in
fide sua diminuet
eos.
6 *Liberaliter ergo*

abunde habeas, vlci-
scere iniuriam illatam
mihi.
2 Deus audi precationē
meam, aures præbe ver
bis oris mei.
3 Quia etiam alienige-
næ insurrexerunt ad-
uersum me, & homi-
nes sæui magno studio
conati sunt perdere
me: non habita vlla ra-
tione tui ô Deus. Ita
res habet.
4 Verùm quia Deus
auxilio est mihi, & Do
minus è numero est eo-
rum, qui tutantur ani-
mam meam.
5 Ipse retorquebit ma-
lum, quod mihi parant,
in eos ipsos, qui iniuria
afficiunt me: ergo pro
bona quæso, fide tua
in seruandis promissis
subuerte illos.
6 Liberaliter sacrifi-
cia offeram tibi, laudi-

ſacrificabo tibi, & collaudabo nomen tuũ Domine, quoniam bonum eſt.

7 *Nam eripuit me ex omni tribulatione, ut hoſtes meos oculus meus deſpiciat.*

PSAL. LV.

1 *EXaudi Deus orationẽ meã, & deprecationem meam ne auerſeris.*

2 *Attende mihi & exaudi me cum ſtrepitu ordientem ac tumultuantem.*

3 *Præ uociferatione hoſtium, præ infeſtatione impiorum, qui mihi crimina*

bus efferam nomẽ tuum Domine, bonũ eſt enim & gratioſum.

7 Eripuit enim me ex omni anguſtia, & eius beneficio vidit oculus meus, qualia quiſq; vellet in capitalibus inimicis ſuis.

LV.

1 AVres prębe ô Deus precationi meæ, & ne auerſeris. quæſo preces meas.

2 Accommoda te mihi, & exaudi me, turbatus ſum enim: & præ dolore moueo me nunc huc nunc illuc, & inter orandum cõturbor.

3 Propter minas inimici, & ſæuitiam impij, qui impingere mihi co-

Exaudi deus orationem meam ne de.

obtrudunt, & irati imminent mihi.

4 *Labascit cor meum intra me, & mortis metus irruerunt in me.*

5 *Timor & tremor ceciderunt in me, & horror operuit me.*

6 *Et reputo mecũ, ò si dẽtur mihi alæ columbinæ, ut auolare & quiescere poßim.*

7 *En longißimè profugerem, atque ad eremum diuerterem.* סלה

8 *Properarem ad euadendum, uento*

nabantur iniquitatem, & irati insurgere aduer sum me.

4 Cor meum trepidauit intra me, & terriculamenta mortis corripuerunt me.

5 Trimor & tremor inuaserunt me, & circundedit me vndiq; pauor.

6 Quare dixi apud me, vtinam dentur mihi alæ sicut datæ sunt colũbæ vt auolare mihi liceat & alium in locum cõmigrare tutiorem.

7 Certè procul hinc au fugerem, & in locis penitus desertis habitarẽ potius, quàm inter homines impios. Ita res habet.

8 Festinarem fuga saluti meæ consulere, à

ocyus rapido, ac turbine.

9 *Dißipa Domine et ſcinde linguas eorum, quoniam uidi urbem plenam eſſe iniuria & cõuitijs.*

10 *Quæ nocte & die in muris eius obambulant, in medio autem eius labor & dolor.*

11 *In medio eius nequitia, non faceßit è plateis eius fœnus & fraus.*

12 *Quòd ſi hoſtis meus me calumniaretur, ferendum ducerem, ſi oſores mei ſupra me eueherentur.*

ſubducere me à periculo venti vehementis, & tempeſtatis.

9 Perde Domine & ſinde linguas eorum, ſcelere enim & ſeditione plenam offendi ciuitatem illam.

10 Die ac nocte cingent hæc ciuitatem illam, nõ aliter quàm mœnia ipſa ciuitatem ſolent: iniquitas & oppreſsio regnãt in illa.

11 Nullũ ſceleris genus non regnat in medio ciuitatis illius, nec vlla platea ab impoſtura & dolo immunis eſt.

12 Non enim ex ꝓfeſſo inimicus probro affecit me, tolerabile enim eſſet illud: neque palàm hoſtis erexit ſeſe aduer-

declinarem ab eis.

13 *Sed tu o collega, commilito, & note mi, cui secreta mea suauiter credidi.*

14 *Quo cum domum Dei cum exultatione adij.*

15 *Irrue in eos o mors, ac uiui ad foueã abeant, quoniã malitia in domicilijs & penetralibus eorum regnat.*

16 *Ego autem ad Deum clamaui, & Dñs saluauit me.*

17 *Vespere, manè & meridie locutus sum, ac institi, & ex*

sum me, cuius vitare potuissem consortium.

13 Sed tu homo quem præfeci rebus meis, qui & veluti dux fuisti mihi, & arctissima familiaritate coniũctus.

14 Mutuò enim & suauiter secretà nostra communicauimus, & in domo dei versati sumus cõcorditer.

15 Inferet deus mortem de improuiso illis descẽdent ad inferos viui: regnant enim nequitiæ in tabernaculis illorũ, imò in ipsis penetralibus cordium illorum.

16 Ego verò contra horum insidias Dei auxilium implorabo, nec Dominus dedignabitur succurrere mihi.

17 Vespere, manè, & ipso meridie precabor,

audiuit uocē meam.

18 *Redemit uerè animam meam ab his q mihi imminebāt, quoniam cum multitudine aduersum me aderant.*

19 *Exaudiuit inquā Deus, qui ab æterno usque in sempiternum regnat, & humiliauit illos, quia non erat spes, quòd mutarentur, non enim reuerentur Deum.*

20 *Misit ergo manum suam in eos, qui peculiū suum erant, & irritum fecit fœdus suum.*

& sollicitus ero, quoad vocem meam audierit.

18 Restituet pacem animæ meæ, & liberabit eā à præliātibus cōtra me, quāuis plurimi sint, qui vndiq; oppugnāt me.

19 Audiet deus, & supplicium de illis sumet, is qui minis illorum nihil commouetur, sed sedet tranquillus & immutatus perpetuò.

Ita res habet. Illi interim dignissimi sunt, qui pereant: nunq̄ enim sceleratum vitæ genus mutabunt, nec Deum reuerebuntur vnquam.

20 Iniecit manum violentam in eum, cum quo pacem simulauerat, amicitiæ vinculo turpiter rupto.

21 *Os illorũ mitius est butyro, æquè cor eorum ſimulãt, lentiora ſunt uer=ba eorum oleo, cum ſint gladij.*

22 *Domino igitur cõmẽda curam tui, is enim enutriet te, neq; permittet, ut iuſtus unquam loco moueatur.*

23 *Tu uerò Deus detrahes in puteum interitus homines ſanguinarios, dolo=ſi non peruenient ad dimidium dierũ ſuo=rum: ego autem in te ſperabo.*

21 Blãdius fecit quiſq; eorum os ſuum lacte, quum tamen prælium inſtituerent in animo, gratioſiores viſi ſunt ſermones eorũ quouis vnguẽto, cùm re ipſa eſſent gladij.

22 Reijce in Dominum ſarcinam tuam, nec dubita, quin ipſe perfecturus tibi ſit omnia, qui nunquàm ſinet obrui iuſtum.

23 Tu interim Domine præcipitabis illos in puteũ interitus: viri enim ſanguinarij & fraudulẽti non peruenient ad dimidium vitæ: quare ego ſpem meam omnẽ collocabo in te.

LVI.

PSALMVS LVI.

1 *MIserere mei Deus, est enim qui me conculcat, & sine intermißione oppugnando adfligit.*

2 *Cõculcant me inimici mei omni tempore, multi enim sunt qui me superbè oppugnant.*

3 *Quocunq; autem momento metus mihi intentatur, in te Domine spero.*

4 *In Dei uerbo glorior, in Deũ spero, neq; metuo quid mihi faciat caro.*

1 MIserere mei Deus, conculcare enim conatus est me homo, qui assiduè oppugnans vehementer affligit me.

Miserere mei de⁹, q̃m conculcauit.

2 Conculcare conantur me hostes mei omni tempore, qui & plurimi sunt, & animo hostili persequuntur me ò altissime.

3 Quocunque tempore timor inuaserit me, ego ad te confugiam, nihil dubitans quin liberaturus me sis à malis.

4 Fretus benignitate Dei, boni consulam quicquid ab illo immittitur mihi, in Deo posui fiduciam meam: quare non timebo quicquid moliatur aduersum me caro.

5 *Omni tẽpore ad=*
fligunt res meas,
omnia consilia sua
malo meo capiunt.
6 *Alienant, & ab=*
strudũt se, uestigia
mea obseruãt, quo=
modo animam meã
capiant.
7 *Sed frustra: ela=*
betur enim ab eis:
nam tu Deus *in ira*
populos deijcis.
8 *Fugas meas dinu=*
meras, lachrymas
meas in utrem tuũ
reponis, non'ne in
rõnibus tuis sunt?
9 *Quocunque die*

5 Ipsi assiduè quicquid
vel dicerẽ vel facerem,
calumniabantur, stude-
bant modis omnibus no
cere mihi.
6 Conspirabant & in-
sidiabantur ipsi, &
vestigia mea obserua-
bant, studiose hoc agen
tes, vt capiant animam
meam.
7 Erit ne hæc iniquitas
impunita illis? nequa-
quam: sed veluti ira-
tus, quamuis tam sunt
multi, vt populos æqua
re numero possent: præ-
cipitabit eos Deus.
8 Quàm sæpe fugere cõ
pulsus fuerim, tu diligẽ-
ter numerasti, collige
quæso lachrymas me-
as, & infunde in vitrum
tuum, vt videas quàm
sunt multæ, imò in li-
bro rationum tuarum
scribe eas.
9 Tandem in fugam cõ-

inuoco, ꝑtinus ter= ga uertunt hostes mei, quo certus fio, quòd deus meus es.

10 *In dei uerbo glo rior, in domini uer bo glorior.*

11 *In deum spero, non metuam, quid mihi faciat homo.*

12 *Ad te deus uota mea feram, tibi gra tias agam.*

13 *Eripuisti enim animã meam à mor te, sed & pedes meos à lapsu, ut in= cedam coram deo, in luce uiuorum.*

uertentur inimici mei: quocunq; tempore im- plorauero auxilium, fu- turum scio, vt Deus ad- sit mihi.

10 Quare fretus beni- gnitate Dei, boni con sulam quicquid accidat mihi: fretus inquam be- nignitate Domini, ęquo animo feram quicquid eueniat mihi.

11 Deo totum me cõcre didi, quare non metuam quicquid moliatur ad- uersum me homo.

12 Constitui apud me ô deus sacrificia, quæ vo- ueram, offerre tibi, quæ sic persoluã, vt accepta referã mea omnia tibi.

13 Eripuisti enim me è faucibus mortis certo certius, pedes meos tu continuisti, ne laberen- tur, & vires suppedita sti, vt possim ambula- re coram te mi Deus.

I PSAL. LVII.

Misere-
re mei
De9, mi-
serere
mei, q̃m.

MIserere mei Deus, misere-
rere mei, te enim
fidit aĩa mea, & in
umbram alarũ tua-
rum spero, donec
prætereat malicia.
2 Clamo ad Deum
excelsum, ad Deũ
q me undiq; pficit.
3 Is cœlo mittet,
& liberabit me op
probrio conculcan
tis me perpetuò:
mittet inquam per
bonitatem & ueri-
tatem suam.

illustratus lumine quo
solent qui viuunt per-
petuò.

LVII.

1 MIserere mei Deus,
miserere mei, de te
enim pẽdet anima mea,
protegar, quæso, sub
vmbra alarum tuarum,
quoad prætererit scele
rum colluuies.
2 Implorabo auxilium
Dei altissimi, Dei illius
qui perficiet quæ cœpit
in me.
3 Demisit è summo cœ-
lo, qui eripiat me: & in-
famem faciat eum qui
cõculcare conatur me.
Ita fiet. demittet in-
quã Deus pro benigni-
tate & fide sua aliquem
ex alto, qui liberet me.
4 Versari cogor inter
leones potius quàm

4 Liberabit animam meam in medio sua

rientium leonũ ia=
centem, nempe in=
ter filios hominum,
quorum dentes ha=
stæ & spicula sunt,
lingua uerò, gla=
dius acutus.
5 *Exalta Deus su=*
per cœlos, & su=
per omnem terram
gloriam ac maiesta
tem tuam.
6 *Rete enim para=*
uerũt pedibus meis
ad capiendum ani=
mam meã, foderunt
ante me foueam, in
quam ipsi incident.

homines, & dormire
inter furiosos, & ho-
mines, quorum dentes
similes sunt lanceis &
sagittis, & lingua gla-
dio acuto.
5 Conspicuus appare è
cœlo Deus, & per vni-
uersam terram appa-
reat quanta sit maiestas
tua.
6 Rete expanderunt
pedibus meis, tantum
non irretitus fui illo,
foderũt foueam in via,
per quam iturus eram,
sed ipsi corruerunt in
eandem illam, quam fo-
derant in perniciẽ meã.
Ita factum est.
7 Optime animatus
sum Deus, optimè in-
quam animatus sum,
quare & voce cantabo.

סלה

7 *Paratum est cor meum Deus, para=*

tum cor meum, ut
canã & psallam.
8 *Expergiscere*
quicquid possum,
expergiscere che=
lis & cithara, ex=
pgiscar ipse quàm
maturrimè.
9 *Vt in populis te*
celebrẽ Dñe, ut in
gentibus te canã.
10 *Bonitatis enim*
tuæ magnitudo us=
que ad cœlos ptin=
git, & fides tua
usq; ad nubes.
11 *Exalta Deus sup*
cœlos, & super o=
mnem terram gloriam ac maiestatẽ tuam.

& musicis instrumentis
psalmos modulabor.
8 Expergiscere ô ani-
ma mea, expergiscere,
& profer te nablum &
cithara, vt modulatio-
ne suaui vel ipsam exci
tem auroram.
9 Palàm gratias agam
tibi in frequentia popu
li Domine: cantabo
laudes tuas, etiam apud
hominum variarum na-
tionum multitudinẽ ma
ximam.
10 Tam est enim gran-
dis misericordia tua, vt
ad cœlos vsq; pertingat,
& maior sit, q̃ distan-
tia hinc ad nubes, tua in
seruandis promissis cõ-
stantia.
11 Conspicuus appare
è cœlo Deus, & per
vniuersam terram fac
appareat, quanta sit ma
iestas tua.

PSAL. LVIII.

1 *SIuerè iustitiam meditamini, qd' æquum est, iudicate filij hominum.*

2 *Sed in corde nequitiam concinnatis, in terra manus uestræ ad rapinam extenduntur.*

3 *Alienantur impij ab utero, errant à uentre, loquentes mendacium.*

4 *Furor eorum par est anguium furori, & sicut aspis surda obturant aures suas.*

LVIII.

1 ITa ne res habet, vt vos quibus prouincia iudicandi rectè mandata est, iustitiam loquamini, & quæ iusta sunt iudicetis vos posteri Adæ? Si verè vtiq; iustitiã loqui.

2 Nihil profectò facitis minus, quum scelera animo struatis potestatem nacti in terra, quamuis iniquitatem manus vestræ pro æquitate venditent, tanq̃ iusta statera vos omnia expendatis.

3 Aberrauerunt ab eo quod rectum est, impij à tempore quo primum editi fuerunt in lucem, errare cœperunt, ab vtero matris loquentes fucata.

4 Venenum eorum simile est veneno serpentis, & callidissimæ aspidis vltro obsurde-

5 *Quæ non exau=*
dit uocem incanta=
torum, quantum=
cūq; docta sint car=
mina.
6 *Contere ô Deus*
dentes corū in ore
ipsorū, molares ca=
tulorū leonum con=
fringe Domine.
7 *Liqueant sicut*
aquæ, & sic deflu=
ant, sagittas suas cū
dirigunt, sicut illæ,
confringantur.
8 *Diffluāt uelut li*
max, & sicut abor
tiuum fœminæ priusquàm solem uidet.
9 *Priusquàm spinæ eorum adolescant*

scentis & obturātis au/
rem suam.
5 Vt non cogatur audi/
re vocem eorū, qui mur
mure suaui fallere illam
conantur, etiam si incan
tandi artibus sint instru
ctissimi.
6 Deus cōminue dentes
eorum intra os eorum,
dentes molares eorum,
quibus leonum catulis
similes sunt, confringe
Domine.
7 Diffluant sicut a/
quæ natura labiles, sa/
gittæ quas iaculātur in/
ter volandum confrin/
gantur.
8 Similes fiant limaci,
quæ inter rependū col/
liquescit, & abortiuo,
vel talpæ, que non vi/
det solem.
9 Priusquàm crescant

in ramum, repentè uiuos sicut acerrimo furore tollat eos turbo.

10 *Sic iustus lætabitur, cùm uidebit ultionem, & pedes suos lauabit in sanguine impij.*

11 *Et dicet homo, profectò merces manet iustum, profectò est Deus, qui uindicat terram.*

PSAL. LIX.

1 *Libera me de inimicis meis Deus meus, & ab his qui insurgunt in me, protege me.*

2 *Libera ab his qui sceleratè agunt, & à*

spinæ vestræ ô impij in ramū, in flore ętatis veluti iratus Dn̄s subuertet eum, qui dux est vester vnà vobiscum.

10 Gaudebit iustus, vbi viderit vindictam, pedes suos madefaciet sanguine impij.

11 Et dicet quisquis viderit, vtiq; fructum afferet iusto iustitia sua, vtique est Deus iudex eorum, quę fiunt in terra.

LIX.

1 Libera me ab inimicis meis mi Deus, & contra illos, qui insurgunt aduersum me, defende quæso me.

Eripe me de inimicis meis.

2 Libera me ab hominibus sceleratis, &

ſanguinarijs homi=
nibus ſalua me.
3 *Nam ecce inſi=*
diātur animæ meæ,
horribiliter irruūt
in me, nihil tranſ=
greſſum aut pec=
cantem Domine.
4 *Citra crimen*
properāt & accin=
guntur, exurge &
uide ad auxilian=
dum mihi.
5 *Quin, tu Domi*
ne Deus exercituū,
Deus Iſraël, exur=
ge ad mulctandum
omnes gentes, neq;
miſereat te omniū ſceleratè præuarican=

contra ſanguinarios tu/
tare me.
3 Ea enim eſt illorum
hominum improbitas,
vt mihi inſonti inſidias
ſtruxerint, & conſpira/
uerint aduerſum me fe/
roces, quos ego nūquàm
vlla affeci iiuria, nec pec
cati qcq̄ȝ in eos admiſi.
4 Quamuis nulla re læ/
ſi ſint à me, tamen cur
runt, vt noceant mihi,
& ſummo ſtudio conan
tur perdere me. exur/
ge Domine in occurſum
mihi, & vide horum
inſaniam.
5 Tu ergo Domine
quum Deus ſis, & im/
perium habeas in om/
nes exercitus, & Deus
ſis populi Iſraëlitici,
exurge vt viſites vni/
uerſas gentes, nec mi/
ſereat te eorum, qui

tium. סלה

6 *Peruagentur, & circumeant urbem usq; ad uesperam, & instar canis murmurent.*

7 *Ecce ore suo obruunt, gladij sunt in labijs eorũ, quis enim animaduertit in eos?*

8 *Nisi tu Dñe rides eos, & cõtemnis omnes gentes.*

9 *Robur meum tibi acceptum fero, tu enim Deus propugnator meus es.*

10 *Deus, bonitas tua anteuertit me: Deus, quomodo cum hostibus meis agendum*

sunt in malitia obdurati. Ita fiat.

6 Reuertentur ad vesperam, oblatrabunt tanquam canes, & ciuitatem circuibunt.

7 Res mira profectò, ore & labijs suis gladios loquuntur, nec tamen quemquam esse putant, qui audiat.

8 Sed tu Domine ridebis conatus eorum, & subsannabis consilia gẽtium omnium.

9 Viribus illius aduersarij mei ego te opponam, qui protector meus es Deus.

10 Deus pro sua benignitate muniet me, priusquàm illi insultum facere posſint in me: & ostendet mihi in

mihi ſit, docet me.

11 *Ne trucides eos, ait, ne populus meus negligens fiat. Diſsipa igitur eos tua uirtute, ac deijce illos ô ſcutũ noſtrum* Domine.

12 *Propter peccatum oris eorũ, propter ſermonem labiorum, atq; ſuperbiam eorũ capiantur: propter periuria & mẽdacia ſinguli ducantur.*

13 *Conſume in feruore, cõſume, ut nõ ſint, quò uideant*

hoſtibus meis, qualia videre vellet quiſquam in ſuis.

11 Ne occideris ſubitò eos Domine, ne penitus in obliuionem veniat hæc vltio tua populo meo: ſed vagari coge illos de loco ad locum, fortitudine tua proſterne illos tu, qui fortitudo es noſtra Domine.

12 Peccatum oris illorum, & ſermo labiorum illorum merentur, vt ipſi illis eiſdem faſtuoſis verbis capiãtur, abominationes enim & mendacia crepabunt aſsiduè.

13 Finem impone iratus execrationibus illorum, ſic finem impone, vt nullæ ſint amplius reliquæ, & ſciant tandem Deũ eſſe, qui imperium habeat in Iacob, cuius

uſque ad fines ter=
ræ, quòd Dominus
eſt qui regnũ tenet
in Iaacob. סלה
14 *Peruagentur & circumeant urbem uſque ad ueſperã, & inſtar canis murmurent.*
15 *Sic iſti ad edendum diſsipẽtur, ſed inanes dormiant.*
16 *Ego autẽ cantẽ fortitudinem tuam, & ocyus deprædicem bonitatẽ tuam, tu enim fuiſti protector meus & refugium meum in tempore anguſtiæ meæ.*

poſteri non anguſtis, quemadmodum ſolent, limitibus continentur, ſed omnes angulos terræ compleuerunt. Ita res habet.
14 Conuertentur ſub veſperam, latrabũt tanquam canes, & circuibunt ciuitatem.
15 Ipſi diſcurrent de loco ad locum, vt comparent victum ſibi: & quia non inuenient, quo ſaturentur, cubabunt famelici.
16 Ego verò cantabo fortitudinem tuam cum exultatione, ſummo manè cantabo benignitatem tuam: fuiſti enim protectio mihi, & refugium quo tempore periclitabar inter hoſtes meos.

17 *Tibi ô robur meum, psallam.: tu enim Deus protector meus es, Deus thesaurus meus.*

17 Quicquid in me est roboris, tibi cantando acceptum ferã.: tu enim ô Deus protectio mea es :'& tu Deus autor mihi es eius boni, quod in me est.

PSAL. LX.

Deus repulisti nos.

1 *DEus, repulisti & fregisti nos', indignaris nobis & auersaris.*

2 *Cõcußisti & rupisti terrã nostrã, refice rupturas eius, nam uacillat.*

3 *Ostendisti populo tuo grauia, potasti nos uino pauoris pleno.*

4 *Sed da quæso, ti*

LX.

1 DEus, qui auxilio tuo destitueras nos, & disperseras nos propterea quòd iratus fueras nobis nunc tandem ira deposita redi ad nos.

2 Commouisti grauiter terram, & velutihiare fecisti eam: refice nunc tandem fissuras illius, vacillat enim.

3 Exhibuisti populo tuo spectacula durissima, potasti nos vino, non quod bibentes exhilaret, sed mœstissimos faciat.

4 Dabis ijs qui reuerentur te vexillum, vt

mētibus te ſignum, ut ſeſe erigant ſub aduentum æqui & recti. סלה

5 *Vt liberentur di-*
lecti tui: exaudi & ſalua nos dextera tua.

6 *Deus locutus eſt in ſancto ſuo, quod me exhilarat, diuidā Sichem, & uallē Suchot dimetiar.*

7 *Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes, Ephraim robur capitis mei, Iuda dux meus.*

8 *Moab anguſta ol-*

erigant illud contra hoſtes ſuos, & viſo eo in fugam conuertantur, hoc enim facturum te pollicitus es. Ita res habet.

5 Vt eripiantur è peri-
culis amici tui, tu dextera tua victoriam adfer, & reſponde votis noſtris.

6 Deus promiſit per ſpiritum ſanctum ſuum hæc ſe facturum, quare ego ſeriò exaltabo: diuiſurus enim ſum pro meo arbitratu Seechem, & vallem Succoth tanquam meam dimetiar.

7 Ad me pertinebit Galaad, meus eſt Manaſſes, Ephraim fortitudo capitis mei, Iuda à conſilijs & dux meus.

8 Moab olla ablutio-
nis mihi, vſque in Idumæam proferam cal-

& hæreditatem tribus timentibus nomen tuum.

6 *Tēpus regi protelabis, ut anni eius per singulas generationes durent.*

7 *Vt in perpetuū habitet coram deo, bonitas & fides custodiant eum.*

8 *Sic psallā nomini tuo in æternum, ut reddam quotidie uota mea.*

PSAL. LXII.

1 *ATtamē Deū unicè obseruabit anima mea, ab eo enim pendet salus mea.*

Nonne deo subiecta erit.

disti vota mea: & dedisti omnia, quibus opus habent ij, qui colunt nomen tuum.

6 Annos addes annis regis, quare anni vitæ illius erunt, non quales esse solent reliquorū hominum, sed generationū infinitarum.

7 Vt securus sedeat rex ille perpetuò in conspectu Dei, benignitatē & stabilitatem para illi, vt ea seruent illum.

8 Sic fiet vt cantem nomen tuum perpetuò, & quæ voueram vota, persoluam assiduè.

LXII.

1 MEritò Deū patienter expectat anima mea, ab ipso enim proueniet salus mihi.

2 *Attamen ille ſo=*
lus rupes & ſalus
mea eſt, fulcrũ meũ
ut non magnopere
nutem.

3 *Quouſq; inſidi=*
as ſtruitis cuique
uos omnes, ac tru=
cidatis perinde ut
cum paries inclina=
tus aut ſeptũ diuul
ſum deijcitur.

4 *Dũtaxat initis cõ*
ſilium de ſtatu eius
ad deijciendũ, men=
dacio delectamini,
ore laudatis & cor
de execramini.

2 Ipſe enim eſt inſtar ru
pis mihi, ſalus mea, fir/
mamentum meum: qua/
re nũquam inquietabor
multum.

3 Quouſq; homines in/
ſani perdere conabimi/
ni eum, qui charus eſt
Deo, ignari quòd ipſi
mox ſubuertemini: qui
iam nũc ſimiles eſtis pa
rieti ruinam minanti, &
ſepi tantũ nõ collapſæ?

4 Cauſa certè odij in
virũ illum ea fuit præ/
cipua, quòd videbant
illum auxilio Dei cre/
ſcere, hoc vt impedirent
ſtulti, inito conſilio ſa/
nè ridiculo, ſubuertere
illum conabantur: &
quaſi falli poſſet Deus,
ore ſuo blandiebantur
illi, quum animo vellent
peſsimè.

5 Verùm tu Deum pa/

5 *Attamen Deum unicè obſeruabit ani=*

ma mea, ab ipſo e=
nim pendet expecta
tio mea.

6 *Attamen ille ſo=*
lus rupes & ſalus
mea eſt, fulcrū meū
ut non nutem.

7 Deo *nititur ſa=*
lus mea, & omnia
mea, firmamentum
meū, robur meum,
& ſpes mea in Deo
eſt.

8 *Sperate in eū po*
puli omni tēpore,
effundite coram eo
corda ueſtra, Deus
ſpes noſtra ſempi=
terna. סלה

tienter expecta ô anima
mea: ipſe enim tutabitur
te contra horū inſidias,
& ſalutem quam expe-
ctas, adferet tibi.

6 Certo eñ certius ipſe
eſt mihi inſtar rupis in-
acceſſæ hoſtibus meis,
ſalus mea, firmamētum
meum, quare nunq̃ lo-
co meo mouebor.

7 In Deo eſt ſalus
mea, gloria mea, rupes
fortiſsima ipſe eſt mi-
hi, & ſpes mea ſita eſt
in eo.

8 Fidite illi omni tēpo-
re quicquid acciderit vo
bis, & quotquot vſquā
eſtis populi, effundite
corda veſtra, & omnia
conſilia veluti in ſinum
illius: quod ſi feceritis,
ſentietis Deum nobis
omnibus adfuturum, &
tutaturum nos contra
omnium inſidias. Ita
res habet.

9 *Attamen filij hominum uani sunt, mendaces sunt eousq;, ut si in bilancem contra uanitatem ponas, ista cunctos simul propendeat.*

10 *Nolite spem locare in iniuria & rapina, nolite uanitati uos dedere: diuitiæ si affluant, nolite cor adfigere.*

11 *Semel locutus est Deus, quod ego iterum atque iterum audiui, quòd Domini est robur.*

9 Videte ne spem vestrã
in vllo homine ponatis:
sunt enim ipsissima va-
nitate vaniores, tam ple-
beij q̃ principes, quod
palàm fieret, si appen-
derentur in bilance cum
ipsa vanitate: plus enim
ponderis inesse depre-
henderetur vanitati ipsi,
q̃ omnibus illis in al-
tum tamq; re leuissima
sublatis.

10 Quare fidere nolite
opibus rapina partis,
neq; ob vires, quibus
nũc alijs fortiores vide-
mini, ad stultitiam vsq;
vobis placueritis: quin
potius diuitię absq; in-
iustitia partæ, si copiosæ
adfuerint, nolite vos ani
mo illis affigere.

11 Vnum quiddam locu
tus est Deus, sed sæpe-
numero illud audiui, so-
lum Deum esse qui pos-
sit omnia.

12 *Quodq; tibi Domine bonitas adest, quodq; tu Domine reddis cuique iuxta opera sua.*

PSAL. LXIII.

1 *DEus Deus meus es tu, ad te maturo, adeò uehementer sitit te cùm anima, tũ corpus meum.*

Deus deus meus, ad te.

2 *In terra deserta & siticulosa propter aquæ penuriã, perinde adpareo coram te atque in sacra ædo, ad contemplandam fortitudinem & gloriam tuam.*

12 Et te Dominum natura esse clemẽtissimũ: quare & malos malè pdere potes, & tuos pro tua clementia perpetuò facere felices.

LXIII.

1 DEus, potentissimus mihi Deus es tu, quare summo studio manè quærã te: sitiuit enim te anima mea, desiderauit te caro mea in terra hac deserta, & propter inopiã aquæ perpetuæ siccitatis damnata.

2 Non aliter ꝙ terra hæc aquam desiderat, ego te in loco sanctitati tuæ destinato videre cupiui, & contemplari potẽtiam & maiestatem tuam.

3 *Nam bonitatem tuam hac luce præstantiorẽ duco, & labia mea te collaudant.*

4 *Idcirco per omnẽ uitam meam te celebro, & in nomine tuo eleuo manus meas.*

5 *Anima mea saturatur, uelut adipe & pinguedine, quũ os meũ exultãtibus labijs collaudat.*

6 *In cubili meo memor tui sum, in uigilijs te meditor.*

7 *Tu enim fers opẽ*

3 Melior est enim benignitas, qua tuos prosequeris, ipsa hac corporis vita: quare labia mea nunquàm desinent laudare te.

4 Hic mihi erit mos agendi gratias tibi, vt cum veneratione nominis tui ad omnia, quæ facturus sum, manus admoneam.

5 Non aliter quàm si adipe & pinguedine, veluti delicatissimis cibis, tum saginabitur anima mea, quum labijs exultatione plenissimis laudes tuas decantabit os meum.

6 Quotiescũq; memor factus fuero tui, etiam in lecto, quacunq; noctis vigilia, animo cum gratiarum actione te voluã & reuoluam.

7 Fuisti enim auxilio sæpissime mihi: quare

mihi, & in umbra alarum tuarum exulto.

8 *Abhærescit tibi anima mea, fulcit me dextera tua.*

9 *Frustra igitur quærũt isti animam meã, subter terram enim abibunt.*

10 *Abibunt ad eam partem ubi gladius uastat, sors uulpibus erunt.*

11 *Rex autem in Deo lætabitur, exultabunt omnes qui per eum iurant, sed obstruetur os loquentium mendacia.*

veluti vmbra alarũ tuarum contectus, securus posthàc exultabo.

8 Quum cuperet adhærere, & non diuelli abs te anima mea: tu apprehendisti me manu tua, & iunxisti me tibi.

9 Illi autem aduersarij mei perdere student me, verùm ipsi citius in infima terræ loca retrudentur.

10 Vbi eum qui dux fuit illorum, proscindent acie gladij, dabuntur in prædam sanguinarijs feris.

11 Ipse autem rex seriò gaudebit se Deũ habere propitium, gloriabitur quisquis iurauerit in verba illius: obturabitur verò os illorum, qui iactant inania.

PSAL. LXIIII.

1 EXaudi Deus uocem meam, cùm nunc oro, ut uitam meam hostis metu liberes.

2 Tuere me & ab occultis artibus malignorum, & à fremitu eorum qui scelera operantur.

3 Qui linguam suam acuũt sicut gladium, intendunt sagittam suam in rem tristem.

4 Vt clàm petant innocẽtem, ac subitò tangãt eũ, nulla enim est apud eos religio.

LXIIII.

1 AVdi Deus vocẽ cõmemorationis calamitatum mearũ, vt contra minas, quibus hostis terret me, tuearis vitam meam.

2 Absconde me à multitudine prauorũ, secretò cõsultantium aduersum me, & à conspiratione sceleratorum.

3 Qui exacuerunt non aliter, quàm exacui solent gladij, linguas suas: sagittis, quib⁹ hostes capitales peti solẽt, similis factus est virulentus sermo illorum.

4 Vt eo petant ex insidijs insontem. de improuiso iaculis suis petent eum, nec metuent futurum, vt quisquam resciscat hæc, & vindicet.

Exaudi Deus orationẽ meã quũ deprec.

5 *Cõstituerũt inter se rem iniquã, collocuti sunt, ut laqueos clàm tendãt, dicentes: quis uidebit eos?*

6 *Inquirunt praua cõsilia, toti sunt in inueniẽdo, quisq; in sinu & pectore suo.*

7 *Sed petet eos Deus sagitta de improuiso, qua plagis adficientur.*

8 *Tunc corruent in eos linguæ eorum, ut contremiscat quisquis eos*

5 Animo obfirmato constituerunt inter se rem perpetrare execrabilem, post multa vltrò citroq; habita verba, abscondere decreuerunt laqueos ea arte, vt neminem fraudẽ illam deprehensurũ sibi persuaserint.

6 Excogitauerunt varios nocendi modos: absoluerunt consilia sua: & in vnum contulerunt quicquid vlla diligentia excogitari potuit ab animo humano, etiam summa prudentia prædito.

7 Verũ hæc omnia aduersus Deũ nihil faciũt: quin potius ille iaculabit in eos sagittas, de improuiso varijs vulneribus conficiet eos.

8 Et exprobrauerunt hæc videntes eandem cis illam linguam viru-

uiderit.

9 *Tunc intelliget & narrabit opus Dei omnis homo, & prudenter factũ esse dicent.*

10 *Iustus interim lætabitur in Domino, & sperabit in eum, & exultabũt omnes, qui recto sunt corde.*

PSAL. LXV.

1 *Tibi ô Deus tribuitur laus in Zion, tibi reddunt ur uota.*

2 *Tu exaudis orationem, hinc omnis*

lentam, quam ipsi in alios exacuerant: attoniti facti sunt, propter subitum illorum casum, quotquot aderant spectatores.

9 Admirabuntur quicunq; videbunt, & cõmemorabunt opus hoc Dei alijs, qui & alia eius opera hoc exemplo docti maiore prudentia expendent.

10 Gaudebit iustus ꝙ propitium habeat Dominum: securus enim erit protectione illius & gloriabuntur quotquot candido sunt pectore.

LXV.

1 TE manet laus, qui Deus es in Syon, & tibi persoluetur votum. Te decet hymnus Deus in Syon.

2 Propterea quòd tu audis preces supplicũ: ad te omnis generis ho-

caro ad te uenit.
3 *Ratio ſcelerum*
noſtrorum ſupera=
ret nos, niſi tu Do=
mine ueniam dares
trāſgreßionibus no
ſtris.
4 *O beatū quem*
elegeris & tibi ſo=
ciaueris, ut habitet
in atrijs tuis, ut ſa=
turetur bonis do=
mus tuæ, ſancti tem
pli tui.
5 *Per admirabilē*
iuſtitiā exaudi nos
Deus ſalus noſtra,
ſpes omniū finium,
& terræ, & maris immenſi,

mines quantumuis car-
nales confluent.
3 Grauiſsimæ iniquita-
tes noſtræ ſuperauerunt
vires cuiuſq; noſtrum:
quare pro peccatis no-
ſtris vt ipſe in ſatis fa-
cias neceſſe eſt.
4 Felix modis omni-
bus ille, quem tu elege-
ris, & tibi propinquum
feceris: habitabit enim
ille in atrijs tuis, & nos
vnà perfruemur ele-
gantia domus tuæ, &
ſanctimonia regij pala-
tij tui.
5 Dictu mirabile, cùm
ſimus peccatores, tan-
quam iuſtos exaudies
nos Deus autor ſalutis
noſtræ, qui ſpes omniū
finium es terræ, & ma-
ris extremas oras inco-
lentium.

6 *Qui fortitudine accinctus, montes sua uirtute format.*
7 *Compescit aquarum fremitum, sonitum undarum earum, & tumultum populorum.*
8 *Qui in ultimis terræ finibus habitant, metuunt à signis tuis. Quæ uespere aut manè prodeunt, læta reddis ad laudandum.*
9 *Visitas tellurem, irrigas eam, & abunde ditas eam: alueus tuus ò Deus*

6 Deus est, qui sua propria potentia stabiles facit montes, qui omni ex parte cinctus est robore, & modis omnibus omnipotens.

7 Qui quoties vult, cōpescit tempestatem, qua exagitantur maria, & qua sese attollunt vasti fluctus illorū, & tumultum quātumuis multorum populorum ipse sedat, quum vult.

8 Cum veneratione timebunt, quotquot habitant vllis in angulis terræ à signis tuis cœlestibus, & illorum matutino exortu, & vespertino occasu exhilarabis eos.

9 Inuisisti ipsam terram & irrigasti eam, & varijs modis ditasti eam: diuersa enim illa flumina benignitate tua, ò Deus plena erunt

aquis exuberat, quo frumentum homini bus paras, ſic enim ipſa tellus paratur.

10 Sulcos eius ine=
brias, frangis contu maces glebas eius, cũ ſubtiliſsimis im= bribus eam mace= ras, & germen eius amplificas.

11 Coronas annum
tuis bonis, & orbi= tæ currus tui pin= guedine ſtillant: ſtil lant pinguedine ſpecioſa paſcua, & colles exultatione accinguntur.

12 Veſtitæ ouium caulæ, & ualles tritico
onuſtæ iubilant & canunt.

aquis, & curabis, vt co- pioſè proueniat è terra pabulum illis, quæ de- gunt in ea: vber enim terræ prouẽtus ꝓprius eſt ornatus eius.

10 Quare ſulcos eius hu
mecta, & glebas eius occa, imbribus mollem redde eam.

11 Tanquã corona exor
naſti annũ pro benigni- tate tua, quacũq; ieris apparebunt in veſtigijs tuis ſigna fertilitatis ma ximæ: qn & habitacula deſerti vbertate perfruẽ tur, & colles lætiſsimo gramine exornabis.

12 Veſtient gramine pa
ſcua gregem, & valles abundantes frumento

PSALMVS

LXVI.

1 *IVbilate Deo o=*
mnes terræ cul=
tores.

2 *Psallite magnitu=*
dini nominis eius,
reddite ei gloriam
& laudem.

3 *Dicite deo, quàm*
stupenda sunt ope=
ra tua, magnitudi=
ne roboris tui, fru=
strantur hostes tui.

4 *Omnis terra ado=*
ret te & psallat ti=
bi, canat nomen tu=
um. סלה

exhilarabũt sese, & can-
tillabunt.

LXVI.

1 LAetitiæ signa edite in honorẽ Dei, quot-quot terram incolitis. Iubilate Deo o-mnis ter-ra.

2 Cantate maiestatẽ no
minis eius, palàm faci-
te, quàm sit magnifica
dignus laude.

3 Dicite Deo, quàm su-
spiciendus es propter
opera tua: magnitudine
potentiæ tuæ mendaces
palàm deprehendentur
fuisse in te hostes, qui
diuinitatem non tribue-
bant tibi.

4 Vniuersa terra adora
bit te, & psalmos canta
bit in laudẽ tuam, carmi
nibus celebre faciet no-
men tuum. Ita fiet.

5 Venite, considerate
opera Dei, & perpen-
dite, quàm admirando

5 *Venite & contemplemini opera Dei,*

& admirabilia cõ=
silia eius, supra fi=
lios hominum.

6 *Qui mare muta*
bat in aridam, &
flumẽ pedibus trã=
sibant: tunc lætaba
mur in eo.

7 *Qui uirtute sua*
ab æterno imperat,
oculi eius in gentes
cõtemplantur. Qui
ab eo deficiunt, non
exaltabunt seipsos.
סֶלָה

8 *Laudate populi*
Deum nostrum, &
exerite uocem lau=
dis eius.

cõsilio genus humanum gubernet.

6 Fecit enim vbi paulò antè fuerat ingens mare, ibi terram nunc extare aridam: & vbi ingens antea fluuius fuerat, vt ibi continuò pòst siccis licuerit trãsire pedibus, quæ res incredibili nobis, in quorum gratiam id fecerat, gaudio fuit, & in amorem illius nos accendit.

7 Imperium habet non ab alio, sed à se, in totum orbem: oculi eius diligenter obseruant, quæ fiunt in singulis nationibus: desertores Dei non exaltabuntur, quamuis diuersum ipsi sibi persuaserint. Ita res habet.

8 Extollite laudibus quotquot estis populi Deum hunc nostrum: & faciet, vt ad quamplu-

9 *Qui uita donat nos, & non dat, ut moueantur pedes nostri.*

10 *Etiamsi probes nos Deus & explores, quẽadmodũ argentũ excoquitur.*

11 *Inducis nos in neruum, & catenã circũponis lumbis nostris,*

12 *Imponis uelut iumento, homines capitibus nostris: trãsimus per ignem & aquã. sed educis in refrigerium.*

rimos perueniant præconia laudum eius.

9 Qui conseruauit nos in vita: nec permisit vacillare pedes nostros.

10 Quamuis probaueris nos Deus, & examinaueris nos, quomodo argentum igne examinari solet.

11 Et induxeris nos in laqueum, immiseris afflictionem, & molestiam in lumbos nostros.

12 Et inuexeris nihili hominem in caput nostrum, & peruenerimus vsque in ignem, & in aquam: tandem tamen ex omnibus his eripuisti nos, & perduxisti nos in locum vbi omniũ rerum copia est summa.

13 Quare ingrediar domum tuam cum holocaustomatis, persoluam

13 *Venio igitur domum tuam cum holo-*

caustis, ut soluã tibi uota mea.

14 *Quorum me dãnant labia mea, quæq; nuncupauit os meũ, cùm in angustia essem.*

15 *Offero tibi holocausta pinguia, & uictimas arietum, boue & hircis facio.* סלה

16 *Adeste & audite, omnes qui timetis Deũ, dũ narro, quænam fecit animæ meæ.*

17 *Ad ipsum ore meo clamare soleo. & intra illud lingua mea ipsum euehit.*

18 *Perfidiæ si mihi conscius sum, non*

tibi quæ voueram, quã in malis versarer.

14 Quæ distinctè promisi labijs meis, & quę locutus sum ore meo, quo tempore malè erat mihi.

15 Holocausta pinguiũ offeram tibi: & cum suffitu arietes, boues mactabo cum hircis.

16 Venite & audite, vt narrem cunctis qui timent Deum quanta fecerit animæ meæ.

17 Ad ipsum ore meo clamaui, & continuò animus meus linguæ, eius beneficio respondens, laudibus extulit illum.

18 Iniquitatis si sibi

exaudit Dominus,

19 *Idcirco exaudiuit Deus, & attendit uoci orationis meæ.*

20 *Gratiæ Deo qui non auertit, neque orationem meam, neq; misericordiam suam à me.*

PSALMVS

LXVII.

1 *DEus misereatur nostri, et benignus sit nobis, ostẽdat uultum suũ nobis.* סלה

2 *Vt nota sit per orbem uia tua, & salus tua per omnes gentes.*

animus meus conscius fuerit, nõ audiet me Dominus.

19 Certè audiuit me Deus:& aures præbuit precationi meæ.

20 Omni laude maior est Deus, qui non reiecit precationem meam, nec benignitate sua destituit me.

LXVII.

1 DEus miserebitur nostri, & benefaciet nobis, palàm lucere faciet fauorem vultus sui erga nos. Ita fiet. Deꝰ misereatur nostri & benedicat nobis.

2 Vt cognoscamus viam, qua itur ad te Deus, beneficium videlicet illud redemptionis. quod impendisti vniuersis gentibus.

3 *Vt collaudent te populi ô Deus, ut populi omnes col=laudent te.*

4 *Vt lætentur & exultẽt populi, propterea quòd æqui=tate regas eos, & nationes per orbem temperes.*

5 *Vt collaudent te populi ô Deus, ut populi omnes col=laudent te.*

6 *Benignus ſit nobis Deus Deus no=ſter, ut terra det annonam ſuam.*

7 *Benignus ſit nobis Deus, ut metuant eum omnes termini terræ.*

3 Accepta tibi refe-
rent omnia ſua populi
Deus: accepta referent
tibi ſua populi vniuerſi.
4 Gaudebunt & læta-
buntur populi propter-
ea ꝙ tu iudex eris eo-
rum æquiſſimus, & om
nium qui in terra degũt,
tu te ducem præbebis
Ita fiet.
5 Accepta tibi referent
omnia ſua populi Deus:
accepta referent tibi ſua
populi vniuerſi.
6 Terra protulit frumẽ-
tum ſuum, & benedicet
nobis amplíꝰ adhuc De-
us, Deus ille omnium
noſtrum.
7 Sic benedicet no-
bis Deus, vt exemplo
noſtro inuitati, religioſè

PSALMVS LXVIII.

1 *Sinc exurgat Deus, iam dispergentur hostes eius, & osores eius conspectũ eius fugient.*

2 *Disijcientur quomodo fumus disijcitur: nam sicut cera liquescit ab igne. sic pereunt impij à conspectu Dei.*

3 *Iusti uerò læta- buntur, & exultabunt sub aduentum Dei, & præ gaudio gestient.*

4 *Canent Deo, psallent nomini eius,*

illum culturi sint vniuersi anguli terræ,

LXVIII.

1 VBi exurrexerit Deus, subitò dissipabuntur hostes illius, & in fugam conuertentur, qui odio habuerunt illum, ad solum conspectum illius.

Rxurgat Deus, & dissipentur inimici eius.

2 Sicut sine negotio dispergitur à vento fumus, ita disperges illos tu: & sicut liquefit cera igni adhibita, sic peribunt impij aduentante Deo.

3 Econtrario gaudebunt iusti: & seriò exultabunt.

4 Cantate Deum, & psallite in honorem nominis illius, extollite illum, qui pro vehiculo vtitur nubibus, cui

iter munient ei, qui ſicut ſol ad occaſum, ad nos deuehitur, cui nomen eſt Domino, & exultabunt coram eo.

5 *Futurus enim eſt pater orphanorũ, & uiduarũ uindex, Deus qui ſanctũ ſuũ inhabitat.*

6 *Deus qui unanimes & domi collocat, & uinctos cõmodè educit, cùm interim perfidi in rerum omnium inopia teneantur.*

7 *Deus cum proficiſceris ante populum tuum, cùm incederes in deſerto.* סלה

proprium nomen Seruator Deus, quare exultate recepti in gratiam illius.

5 Pater enim eſt pupillorum, & iudex uiduarum: etiam ſi ſit in cœlo habitaculo ſanctitatis ſuæ, & longè videatur diſsitus à nobis.

6 Deus facit, vt q paulò antè fuerãt ſoli ſine liberis, nunc habeant domũ familia pleniſsimam: in libertatẽ aſſerit, qui vincti fuerant compedibus ferreis: deſertores interim Dei in locis aridis habitabunt rerũ omniũ inopia laborantes.

7 Deus quum tu præires populo tuo, & graderes per ſolitudinem,

8 *Terra mouebatur, cœli defluebāt à facie tua Deus, qui in Sinai adparuisti, à facie tua Deus qui es Deus Israëlis.*

9 *Deus qui ex liberalitate tua destinas imbrem hæreditati tuæ, cumq; languet, reficis.*

10 *Deinde armētum tuum in ea errat, quod tu Deus bonitate tua pauperi comparas.*

11 *Domine tu commendas his, quæ de magno exercitu nunciant mandatum.*

Quod certo certius factum est.

8 Terra commota est, cœli sudauerunt propter presentiam maiestatis tuæ ò Deus: quin & hic Sinai contremuit propter præsentē maiestatē tuā ô Deus, Deus inquam Israëlis.

9 Pluuiam copiosissimam effundes ò Deus, & hæreditatem tuam, licet afflictam, tu stabilies.

10 Multitudo tuorum requiescet in loco, quem tu designabis ei, suppetias feres pro benignitate tua Pauperi Deus.

11 Dominus suppeditabit efficacem sermonem annunciatricibus potentiæ illius admirabilis & maximæ.

12 *Quòd reges cũ exercitibus fugiant & elabãtur, quodq; domestici spolia diuidant.*

13 *Tunc quiescetis perinde ac flumen inter ripas, inter alas columbæ supra argentum candidæ, cuius dorsum auri nitorẽ uincit, quæq; in aëre pendet.*

14 *Cum omnipotẽs qui regibus impe= rat, sic terram cõsti tuerit, ut Zalmon lacte uelut niue albescat.*

15 *Basan uerò mons Dei sit, Basan mons*

12 Reges potentissimi fugient, fugiẽt inquam, & fideles domestici diuident spolium.

13 Si huc vsq; inter fuligine obductas ollas iacuistis, & tã atri quàm carbo facti estis: eritis posthàc tam candidi, quàm alæ alicuius columbæ, etiam si argento exornata fuerit, & pennæ illius eleganter admixtum habeant auri pallorem.

14 Quũ distribueris ò omnipotens per varias prouincias, qui regant eam, tum candidiorem reddes eam niue, quæ hucusq; versata est in obscuro.

15 Mons Dei, mons Basan, mons est in varia

*ſit, qui caſei abun
dantia palleat.*

16 *Cur inuidetis
montes, caſeis abun
danti, cùm Deus a=
met habitare in eo
monte? nam Domi=
nus in perpetuũ ha
bitabit in eo.*

17 *Currus tui ô
Deus myriadum ac
infinitorũ millium
ſunt, quibus tu Do
mine ad Sinai ac
rurſum ad ſanctum
tuum ueheris.*

18 *Aſcendis in altũ,
captiuitate capta,
receptis inter homines muneribus, atque*

aſſurgens iuga mons
Baſan.

16 Quare inuidetis re-
liqui quantumuis cli-
uoſi montes monti huic,
quem elegit Deus, vt
inhabitet eum? profe-
ctò Dominus hunc mon
tem inhabitabit perpe-
tuò.

17 Equitatus Dei cente
norum eſt milium, habet
& angelorum milia, qui
bus comitatus nũc huic
monti adeſt Dominus,
ſicut olim Sinai cum ſan
ctimonia.

18 Aſcendiſti in altum.
aſſeruiſti eos tibi, qui
olim à diabolo capti-
ui detinebantur, acqui-
ſiuiſti varia dona po-
ſteris Adæ: quin & re-
belles plurimos, & Dei
penitus ignaros in gra-
tiam recepiſti, vt verè
dici nunc poſsit, ha-

adeò hostibus, ut habitent cum Domimo Deo.

19 *Gratiæ Domino per omne æuũ, Deo qui nos salutaribus beneficijs obruit.* סלה

20 *Deo qui nobis saluator est, Domino Deo per quẽ mortem euadimus.*

21 *Deo q̄ è diuerso hostes suos cædit, capillosumq́; uerticem eius qui per facinora sua uadit.*

22 *Dixit enim Dominus, restituam à*

bitare inter homines te seruatorem Deum.

19 Quare dignus est, q̄ laudibus extollatur Dominus absque vlla intermissione, qui tam est in nos beneficus, vt onerare nos videri meritò possit, omnipotens ille De⁹, beneficijs suis. Ita res habet.

20 Omnipotẽs ille De⁹ nobis, quos elegit, De⁹ est omnimodæ salutis autor: in potestate enim Domini est, quemcunq; voluerit à morte eripere.

21 Proculdubio Deus vulnerabit caput inimicorum suorum: findet caput eius, qui perdurat in peccatis suis obstinatus.

22 Dixit Deus, expellam ex Basan hostes meos, extraham eos ex insulis, quas occu-

Bassan, restituā à profundo mari:

23 *Ita ut pes tuus, et lingua canum tuorū tingatur sangui ne hostiū tuorum.*

24 *Spectabunt uniuersi pompam triumphi tui Deus, incessum Dei mei & regis mei, qui in sancto es.*

25 *Occurrent cantores cum musicis, cumq; puellis tympanistrijs.*

26 *Quin & in ipsa ecclesia collaudabunt Deum, &*

pant in profundissimo mari sitas.

23 Sic pellam eos illinc, vt pes tuus cōspergatur illorum sanguine: et lingua canum tuorum sanguinem inimicorum lambat ab ipso Domino interfectorum.

24 Viderunt pij hos successus, & agnouerūt eos esse abs te. successus inquā illos esse agnouerunt abs te, qui Deus meus es, & rex meus in signi sanctimonia prædi tus.

35 Præcesserunt, quum gratiæ tibi pro victoria agerentur, hi qui voce canunt, hos continuò sequebant̄, qui instr̄is lude bant musicis: cingebant autem eos vndiq; puellæ tympana pulsantes.

26 In frequentia hominum laudibus extule

apud fontes te Domine Israël.

27 *Hic paruulus Beniamin, principibus Iuda, Zebulon, & Nephtali praeerit ac iudicabit eos.*

28 *Sic statuit Deus tuus, robur tuum: cõfirma Deus quod fecisti nobis.*

29 *Super tẽplo tuo & super Ierusalẽ, tibi adferent reges munera.*

30 *Ages iumenta arundine, armentum cũ uitulis, hoc est, gentes calcitrantes*

runt deum. Dominum laudauerunt posteri Iacob, qui emanauerunt veluti è fonte Israëlis.

27 Ibi Beniamin paruulus sopore corripit, principes Iuda ornamentum illorum, principes Zabulon, & principes Naphthalim.

28 Constituit Deus tuus robur addere tibi: quare perge quæsumus confirmare hoc De⁹, quod cœpisti in nobis.

29 Aliter longè & magnificentius, quàm olim in templo Hierosolimytano, offerent tibi munera reges.

30 Vasta multitudinem lancea armatam, & turbam eorum, qui robustiores habentur inter potentem filios, qui & vitulorum more lasciuiunt, donec facti supplices tributa tibi pen

atq; opibus deditas: dißipabis populos quibus prælia placent.

31 *Venient legati de Aegypto, ingens Aethiopiæ uis ad Deum curret.*

32 *Regna terræ cantabūt Deo, psallent Domino.* סלה

33 *Qui cœlis ab æterno insidet, & uocē suam dat, uocem potentem.*

34 *Tribuite Deo Israëlis fortitudinē, cuius magnificētia & uirtus usq; ad nubes portendit.*

dere cupiant: funditus autem perde populos, qui bella desiderant.

31 Venient vltro optimates ex Aegypto, Aethiopia festinabit porrigere manus suas Deo, & fœdus inire cupient cum eo.

32 Regna vniuersa terræ cātate Deū, & quàm sit Dn̄s omni laude dignus carminibus testamini. Ita fiet.

33 Dominus qui cœlis cœlorū à tempore, quo conditi sunt, veluti pro vehiculo vtitur: ille tribuet voci suæ vocē fortitudinis, & verbis suis addet pondus.

34 Tribuite fortitudinē Deo: in Israël enim apparet, quanti faciendus sit, & potentiam illius testantur nubes.

35 *Metuendus est Deus de sanctuario suo Deus Israël, qui dat populo uirtutē ac robur, Deo gloria.*

PSAL. LXIX.

1 *Salua me Deus, quoniam aquæ penetrāt ad animā.*

Saluum me fac Domie, qm̄ itrauerūt.

2 *Hæreo in profundo luto, ubi solum nullū est, ueni in altū pelagus, & undæ obruunt me.*

3 *Clamando laboro, raucesçit guttur meū, deficiunt oculi mei suspiciendo ad Deum meum.*

35 Admiratione dignus es ô Deus propter hanc habitationū tuarum mutationem: Deus Israëlis ille tribuet robur, & vires populo, quare nunquàm laudari satis poterit Deus.

LXIX.

1 SErua me Deus, quia peruenerūt vndæ malorum vsq; ad animam meam.

2 Demersus sum in lutum, qđ fundo penitus caret, & decidi in ꝓfundissimas aquas: tēpestas enim subitò exorta fluctibus suis inuoluit me.

3 Defatigatus sum clamando, exaruit guttur meum, destituerunt me oculi mei: dum expecto aduentum illius Dei, cuius auxilium expertus sum toties.

4 *Qui me odio habent plures sunt capillis capitis mei: sine causa, imò mendaciter inualescũt, & opprimunt me inimici mei: & quæ nõ sustuli, nũc reddere cogor.*

5 *Deus nota est tibi simplicitas mea, & delicta mea non te latent.*

6 *Ne quæso pudefiant per me, qui in te sperant Domine Deus exercituum, ne quæso aspergantur igmominia per me, qui te quærunt ò*

4 Plures sunt, quàm capilli capitis mei, qui odio persequuntur me sine causa, & totis viribus conantur subuertere me: qui hostes facti sunt sine causa mihi, quorum furorem nisi compescueris, tanquam rapuerim quæ illorum sunt, quum nihil fecerim minus, restituere tamen cogar ea.

5 Deus tu nosti stultitiam meam, & peccata mea non latent te.

6 Non pudefiant quæso propter meum infortunium, qui expectant patienter te Domine, Deus imperium habens in omnes exercitus, non suffundantur pudore propter persecutionem quam patior, illi qui studiosè ambiunt amicitiam tuam

Deus Iſraël.

7 *Tua enim cauſa & obprobrium fero, & pudor uultũ meum operit.*

8 *Alienus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.*

9 *Quoniã æmulatio domus tuæ torquebat me, & obprobria calũniãtiũ te irruebant in me.*

10 *Flebã ac ieiunio me adfligebam, & omnia cedebant in obprobriũ meum.*

11 *Induebã ſaccũ,*

Deus Iſraëlis.

7 Tuo enim iuſſu hanc talem pertuli ignominiam, vt texerit totam faciem meam infamis pudor.

8 Homo ſceleratus & in extremas deportandus terras, viſus ſum fratribus meis: & veluti indignus, qui cum bonis conſuetudinem habeã, viſus ſum filijs matris meæ.

9 Zelus enim domus tuæ comedit me, quia ſummo ſtudio conatus ſum tueri maieſtatem tuam, idcirco probra, quibus probroſè affecerunt te, tam me habebant malè, quàm ſi ipſe ego probris illis affectus eſſem.

10 Si qñ fletu, & ieiunio affligebam me, ipſi probro verterunt id mihi.

11 Vtebar pro veſte ſac-

ſed fabula iſtis fie=bam.

12 *Iactabant in me dicteria qui ſede=bāt in porta, & car mina qui ad uinum perpotant.*

13 *Hîc ego bonis aui bus orationē meam ad te domine Deus fundo, fer opem mi=bi, per immēſam bo nitatem tuam certa ſalute tua.*

14 *Eripe me e luto, ne amplius hæreſcā in eo, da ut liberer ab oſoribus meis, & de profunditatibus pelagi.*

cò, & factus ſum etiam ob hoc fabula illis.

12 Peſsimè loquebātur de me ſedentes in porta primores ciuitatis, carmina componebant de me, qui potabāt vinum in tabernis.

13 Ego contra hæc omnia nihil aliud q̄ precatione mea apud te hoc egi, vt citò aduenìat tēpus, quo tibi libeat ſuccurrere mihi: mi Deus pro infinita miſericordia tua exaudi me, & pro fide tua, qua ſalutē te allaturū pollicitus es, ſuccurre mihi.

14 Eripe me è luto priuſquam penitus demergar: liberer quæſo ab his, qui odio perſequuntur me: nec malis veluti profundiſsimo mari obrui ſinas me.

15 *Ne quæſo aqua=*
rum undæ obruant
me, non deglutiat
me uorago, neque
conſtringat ſuper
me puteus os ſuum.
16 *Exaudi me Dñe*
ꝓ bonitate & ſua
uitate tua, pro im=
mẽſa miſericordia
tua reſpice in me.
17 *Et ne auertas fa*
ciem tuam à ſeruo
tuo, in anguſtia
enim ſum, ꝓpera, ut
auxiliũ mihi feras.

15 Ne inuoluant me am
plius fluctus aquarum,
neq; abſorbeat me pro/
fundum: neq; concludat
me puteus coopculo ſuo.
16 Exaudi me Domine,
copioſiſsima eſt enim be/
nignitas tua, quare pro
multitudine miſerationũ
tuarum reſpice me.
17 Nec auertas faciem
tuam à ſeruo tuo, ſed
quia grauiſsimè affli/
gor, feſtina reſpondere
voto meo.
18 Appropinqua ad ani/
mam meam, redime eam:
& vt ſuccurras mihi, ini/
micorum meorum te mo
ueant blaſphemiæ.
19 Tu noſti vtiq; quibus
probris, quo pudore,
quaq; ignominia affi/
ciant me, hi tanto nume/

18 *Adpropinqua ad redimendum animam*
meam, propter inimicos meos libera me.
19 *Nota ſunt tibi, obprobrium meum, cõfu=*

melia & ignominia mea, coram te sunt omnes hostes mei.

20 *Obprobrijs contritum est cor meũ ac superatũ, expecto commiserescentem, at nemo est: cõsolatores, at non inuenio.*

21 *Posuerũt in cibũ meum fel, cumq; sitio, aceto potant.*

22 *Vertatur mensa eorũ ante eos in laqueum, in retributionẽ & scandalũ.*

23 *Hebetes fiant oculi eorum quo minus uideant, & lumbi eorum perpetuò*

ro persecutores mei.

20 Assidua contumelia fregit animum mihi, & ægrum fecit totum me: expectabam qui misericordia motus consolaretur, sed nullus aduenit, aut qui ægrum animum nonnihil recrearet, sed nullum inueni.

21 Porrexerunt pro cibo mihi fel, & quum sitirem pro potu mihi obtulerunt acetum.

22 Apponatur huiusmodi prandium ipsis, & alligentur illi prandio, ne possint effugere: hostiæ quibus placari solet Deus, magis inuisos reddant illos.

23 Obscurentur oculi eorum, ne videant, &

labantur.

24 *Effunde in eos indignationẽ tuam, & furor iræ tuæ cõprehendat eos.*

25 *Fiat domicilium eorum desertum, & in tabernaculis eorum non sit habitator.*

26 *Quoniam quem tu percußisti, ultrà persequuntur, & ad plagas, quas inflixisti, admetiuntur.*

27 *Repone eis scelera eorum in aceruum, & non utantur iustitia tua.*

28 *Deleantur è libro uiuorum, & inter*

lumbos eorum magis & magis viribus destitue.

24 Effunde in eos indignationem tuam, & vehementi cum ira apprehende illos.

25 Palatia eorum fiant deserta, & in tabernaculis eorũ non sit quisquam qui inhabitet.

26 Quia quem tu percusseras, ipsi persequebantur: & grauitatem vulnerum, quibus tu vulneraueras me, alijs cum voluptate narrabant.

27 Labi sine eos ab iniquitate in iniquitatem, nec eò vnquam perueniant, vt participes fiãt iustitiæ tuæ.

28 Deleãtur de libro viuentium, & numero sanctorum, non adscru

iustos ne scribantur.

29 *Me autẽ tenuem atq; dolentẽ protegat salus tua Deus.*

30 *Vt carmine celebrem nomen Dei, & magnificè gratias agam.*

31 *Quo Dñs magis delectatur, q̃ cornutis & ungulatis tauro ac uitulo.*

32 *Huc respicite humiles & lætemini, quærite Deũ, et uiuet anima uestra.*

bantur.

29 Interim ego pauper sum, & mœrore affect9, salus tua Deus sustentet quæso me.

30 Laudabo nomẽ Dei carmine, & extollam illud cum gratiarum actione.

31 Gratius enim id erit Deo, quàm si bouem offeram, aut vitulum cornua producentem, & vngulas.

32 Viderũt pauperes & lætati sunt, quotquot estis sectatores Dei. viuet certo certius anima vestra.

33 Audit enim pauperes Dominus, & eos, qui causa illius vincti sunt, non despexit.

33 *Quoniam exaudit pauperes Dominus, & uinctos suos non despicit.*

84 *Laudēt illum cœli & terra, mare & quicqd ſerpit in eis.*

85 *Quia Deus zionē ſaluabit, & urbes* Iuda *ſeruabuntur, habitabūtur ac poßidebuntur.*

86 *Nam ſemen ſeruorum eius poßidebit eã, & qui amãt nomen eius habitabunt in ea.*

1 PSAL. LXX.

Deus in adiutoriũ meũ intende.

*D*EVS *ad liberandum me,* Domi*ne ad opitulandum mihi feſtina.*

2 *Erubeſcant & confundantur qui quærunt animam meam, retro uertantur &*

34 Laudabũt eũ cœli & terra, maria & quecunque natant in eis.

35 Deus enim saluã faciet Sion, & rædificabit ciuitates Iudæ, & habitabunt illic, & hæreditario iure poſsidebũt eas.

36 Et ſemen ſeruorum illius poſsidebit eas, & qui amatores ſunt nominis illius, pacificè habitabunt in eis.

LXX.

1 DEus vt è malis eripias me, Domine vt auxilieris mihi, feſtina.

2 Pudefiant & infamia notentur qui perdere cupiunt animam meam, conuertantur in fugã & pudore ſuffun-

pudefiant qui malè cupiunt mihi.
3 *Retro uertantur in hoc, ut erubescãt qui oggannĩũt mihi ohe ohe.*
4 *Gaudeant aũt & lætentur in te uniuersi q te quærũt. quiq; amãt salutẽ, quæ ex te est, perpetuò dicant, Magnificè cantetur Deus.*
5 *Equidem humilis sum ac tenuis ò Deus, sed tu Domine ad opitulandũ ac liberandũ me festina, & ne cesses.*

dantur, quotquot optãt malum mihi.
3 Conuertantur in fugam, & quantum merentur pudefiant, quotquot malo meo gaudentes, dicunt, euge euge.
4 Gaudeant verò & lætentur, quòd te propitium habeant, quotquot sectatores sunt tui: & dicant asiduè, magnificat Deus, quotquot desiderant salutis tuæ fieri participes.
5 Ego verò pauper sum & egenus, mi Deus festina succurrere mihi, auxilium enim meum & seruator meus es tu, quare ne differas quæso Domine diutius.

LXXI.

PSAL. LXXI.

In te Do
mine spe
raui, non
cõfund.

1 *IN te Domine spe*
ro, non cõfundar
in æternum.
Per iustitiam e=
2 *nim tuam liberas*
& eripis me, præ=
bes mihi aurẽ tuam
& saluas me.
3 *Es mihi robusta*
rupes in quam sem=
per confugio, con=
stituisti saluare me,
tu enim es petra
mea & munimen=
tum meum.
4 *Deus meus libera me de manu impij, de*
manu iniusti & uiolenti.
5 *Tu enim Domine Deus, expectatio &*
spes mea es à iuuentute mea.

IN te Domine sita est
omnis spes mea qua/
re ne sinas quęso, vt
ea spe frustrer vnquam.
2 Tua iustitia eripe me
è malis & libera me:
præbe aurem tuã mihi,
& salutis tuæ partici/
pem fac me.
3 Sis mihi instar rupis
munitissimæ, vt iugiter
tutò obambulare pos/
sim, decreuisti enim ser/
uare me, quum petra
mea sis & munitio mea.
4 Mi Deus eripe me à
tyrannide impij, è ma/
nu iniqua agentis &
violenti.
5 Quia tu fuisti semper
spes mea domine Deus,

6 *Te nitor ab ute=*
ro, tu de uiſceribus
matris meæ ſecreui
ſti me, hinc omnem
laudem meam de te
conſumo.

7 *Velut portentum*
factus ſum multitu
dini, tu uerò firma
fiducia mea es.

8 *Plenum igitur eſt*
os meum laude tua,
omni tempore glo=
ria tua.

9 *Ne abijcias me ſe=*
nili tpe, cũ iam uir=
tus mea me deficit,
tu me non deficias.

& fiducia mea ab ipſa
infantia vſque in æta/
tem hanc.

6 Tuo præſidio ſuſten/
tatus ſum à tempore,
quo in vtero concipie/
bar, ab ipſis viſceribus
matris tu auulſiſti me,
quare in laudando te
meritò ſum occupatus
aſsiduè.

7 Tanquam rem pro/
digioſam fugerunt me
plurimi, ſed tu mihi fi/
duciam tribuiſti firmiſ/
ſimam.

8 Quare pleno ore lau/
dabo te, & omni tem/
pore maieſtàtem tuam
cantabo.

9 Ne abieceris me tem/
pore ſenectutis, & quũ
deſtituere me cœpe/
rint vires, ne deſerue/
ris me.

10 Iam nunc enim cœ/

10 *Quoniam hoſtes mei aduerſum me*

cogitant, & qui insidiantur animæ meæ, simul consul= tant, dicents,

11 *Deus deseruit eum, persequamini ac comprehendite, quoniam nõ est qui liberet eum.*

12 *Deus ne long abeas à me, Deus meus ad auxilium meum propera.*

13 *Erubescant & deficiāt qui aduer= santur animæ meæ, operiantur opprobrio & ignominia qui quærunt mihi malum.*

14 *Ego autem semper constem, & augeam*

puerunt de me loqui ho stes mei, & vt insidias struant mihi, conspiraue runt inter se.

11 Dicunt enim, Deus deseruit eum, si perse quamini, comprehen detis eum: nec quen quam habet qui cona bitur eum è manibus vestris eripere.

12 Deus ne procul discesseris á me, mi Deus festi na succurrere mihi.

13 Pudefiant & absumā tur, qui aduersantur mi hi, contegantur vndiq; pudore, & infamia quot quot student afficere ma lo me.

14 Ego interim assiduè & patienter expectabo, & maiore studio quàm

omnẽ laudẽ tuam.

15 *Os meum celebret iustitiam tuam, & omni tempore salutem tuam, quarum ego modũ ignoro.*

16 *Introëam Domine Deus ad commemorandum potentiam & iustitiam tuam solius.*

17 *Tu enim Deus à puero usque ad hanc ætatem doces me prædicare miracula tua.*

18 *Ne igitur senem & canum deseras ò Deus, quò minus*

antehac vnquam, cantandis laudibus tuis incumbam.

15 Os meum commemorabit integritatem tuam, & salutem mihi abs te allatam, quamuis tot extent in me & tanta beneficia, vt numerum ignorem.

16 Quicquid vnquã aggrediar, fretus omnipotentia Domini Dei aggrediar: in memoriã reuocabo omnibus, & celebrem faciã integritatem tuam, tuã inquam solius.

17 Deus docuit me ab ineunte ætate vsque nunc, quare nunquàm desinam palam facere, quæ designasti tu plurima & admiratione dignissima.

18 Neque ergo in senio, neque ætate decrepita deseras me, quin adsis potius sicut hucusque, quoad indicauero bra-

adnuntiem posteri=
tati brachiũ tuum,
& omni qui nasci=
turus est, potẽtiam
tuam.
19 *Deinde & iusti*
tiam tuã Deus. qua
res magnas perfeci=
sti, in altum extol=
lam Deus, quis simi
lis tibi?
20 *Qui ostendisti*
mihi tribulationes
ac mala multa, rur=
sus autẽ restituisti
me, & de infimo terræ iterũ erexisti me.
21 *Auxisti honoribus, ac uicißim consola*
tus es me.
22 *Quapropter & ego, chelis organo,*

chium tuum meæ ætatis
hominibus, & vniuersæ
posteritati omnipoten/
tiam tuam.
19 Et iustitiã tuã Deus
laudibus in altum extu/
lero, qui designasti ma/
xima, Deus quis confe/
rendus tecum?
20 Qui afflixisti me af/
flictionib9 multis & mo
lestijs, sed reuersus ad
me ira deposita animum
restituisti mihi, vt veluti
è barathro terræ, placa/
tor factus, extraxisti me.
21 Auxisti potẽtiã meã,
& reuersus ad me clemẽ
tissimè tractasti me.
22 Quare ego te laudi/
bus efferam, & nablo

te tuamq; ueritatẽ celebro Deus meus: tibi psallo cũ cithara ò sancte Israëlis.

23 *Gestiũt labia mea ut tibi canam, æquè & anima mea quã redemisti.*

24 *Lingua mea omni tempore meditabitur iustitiã tuã, quoniam cõfusi & pudefacti sunt qui malum mihi quesierunt.*

musico instrumẽto constantiam tuam in promissis mi Deus, & psallam in honorem tuum cithara, qui sanctificator es Israëlis.

23 Exultabũt labia mea vbi psallere cœpero tibi, & anima mea multo magis, quam liberasti à malis omnibus.

24 Quin & lingua mea exercebit se sedulò in cantanda iustitia tua, erubuerunt enim & infames facti sunt, quotquot studuerunt incommodare mihi.

PSALMVS LXXII.

1 *DEus æquitate tua regem dona, & iustitia tua filium regis.*

LXXII.

1 DEus iudicandi secũdum te formulas regi da, & æquitatis studium filio regis.

Deus iudiciũ tuũ regi da.

2 *Vt præſit popu*
lo iuſtitia, & humi
libus tuis æquitate.
3 *Ferant montes pa*
cem populo, & col
les iuſtitiam.
4 *Vt iudiciũ reddat*
humillimis de po=
pulo, ut ſeruet fi
lios pauperum, uio
lentum autem com=
minuat.
5 *Quò magis te ti=*
meant, per omnes
generationes quã=
diu ſol & luna ob
ambulant.

2 Vt poſsit iudicare po-
pulum tuum ſecundum
æquitatem, & paupe-
res tuæ curæ relictos cum
iudicio.
3 Adferant primores,
qui montibus ſimiles vi-
4 Preceptum enim est Israëlis illud, & æqsimè statutū á Deo Iacob.

5 Ritum illum seruari noluit à posteris Ioseph in memoriam eius, quòd feliciter versatus fuerit ipse in terra Aegypti, quò quum venissem⁹, linguam quam non didiceramus, audiebamus.

6 Liberaui enī, inquit Deus, tum à gestandis oneribus humeros illorum, meo auxilio ma-

7 *Qui cùm in tribulatione inuocares me, & ego eripui te, locutus ſum tibi ſub tonitru latens, & probaui te ad aquas cõtentionis.* סלה

8 *O popule meus, audi, nam conteſtabor te ô Iſraël.*

9 *Si mihi obtemperabis, non erit apud te Deus peregrinus, nec adorabis Deum alienum.*

10 *Ego enim ſum Dñs Deus tuus, qui è terra Aegypti*

nus illorũ liberatæ ſunt à coquendis fictilibus ollis & lapidibus.

7 In malis conſtitutus implorasti auxilium meum, inquit Dominus, ſuccurri tibi, & ad ea quæ in occulto poſtulaſti, ego tibi reſpondi tonitru, quo hoſtes tuos exterrui: feci & periculum tui iuxta aquas contentionis. Ita res habet.

8 Audi popule mi, ſanctiſsimè enim pollicebor tibi Iſraël, ſi mihi auſcultaueris.

9 Et ſi non fuerit apud te in precio Deus alienus & non veneratus fueris vllum Deorum, quales plurimos exterarum nationum impij homines venerantur.

10 Si credideris me, qui te eduxi è terra Aegy-

eduxi te, adperi os tuum, & ſatiabo illud.

11 *Sed non recepit populus meus uocem meam, & Iſraël renuit me:*

12 *Reliqui ergo eos malignitati cordis eorum, & ſecuti ſunt conſilia ſua.*

13 *Vtinam populus meus me audiat, & Iſraël ambulet in uijs meis.*

14 *Ad paucos redigerem hoſtes eorum, & in aduerſarios eorũ conuerte=*

pti, verè Dominum Deum tuum eſſe, aperi quantum velis os tuum, & poſtula à me quicquid charum fuerit animo tuo, ego copioſiſsimè voti compotem faciam te.

11 Verùm nunquam acquieuit conſilijs meis populus meus, nec Iſraël vnquã ſyncere amauit me.

12 Quare permiſi eos animo obdurato inſanire, quantum vellent, & ſua ſequi conſilia, qui nollent mea.

13 Vtinam popule mi audiſſes me, Iſraël ſi in vijs meis ſecundum tibi præſcripta à me ambulaſſes.

14 Nullo negotio vniuerſos inimicos tuos perdidiſſem, & extendiſſem tantum manum meam in hoſtes tuos,

7 *Veruntamẽ hominum more moriemini, & sicut aliquis tyrannorum cadetis.*

8 *Exurge Deus & uindica terrã, tibi enim uniuersæ gentes hæreditario iure debentur.*

7 Verùm longè vobis aliter quàm filijs eueniet: moriemini enim sicut abiectissimus quisque in plebe: & quẽadmodum tyrannus quispiã præcipitabimini ad inferos.

8 Surge quæso tu ipse Deus, vt iudices terrã: tu enim veluti hæreditario iure, & tanquam patrimoniũ possidebis vniuersas gentes.

PSALMVS. LXXXIII.

1 *Deus ne taceas, ne cesses, et ne cũcteris Deus.*

Deus qs similis erit tibi.

2 *Ecce enim hostes tui tumultuantur, & osores tui efferunt caput.*

3 *Aduersus populum tuum occultas*

LXXXIII.

1 DEus ne taceas quæso diutius, neq; sileas: neq; feras amplius omnipotens Deus.

2 Ecce enim rem intolerabilem, hostes tui tumultuantur, & inimici tui efferunt caput.

3 Aduersus populum

ſutelas ſtruunt, & coniurant aduerſus arcana tua.

4 *Dicunt, adeſte, extirpemus eos è gentium numero, ut nominis Iſraëlitici nulla memoria reliqua fiat.*

5 *Conſpirarunt enim ex corde, & fœdus in te coniurarunt.*

6 *Tabernacula Iduмæorum & Iſmaëlitæ, Moabitæ & Hagareni.*

tuum conſpirauerunt ſecretò, & conſultauerunt aduerſus eos, qui occultæ protectioni tuæ concrediti ſunt.

4 Statuerunt inter ſe proficiſci in bellum, & extirpare penitus illos, q tuæ curæ relicti ſunt, & delere ſic eos è numero hominum, vt nunquàm amplius mentio fiat nominis Iſraëlitici populi.

5 Conſilio vnanimiter inito aduerſus te pepigerunt fœdus.

6 Habitatores Idumææ & Iſmaëlitæ, Moabitæ & Agareni.

7 Gebal, Ammon, & Amelech, Palæſtini vnà cum habitatorib⁹ Tyri.

7 *Gebal, Amon, & Amalec, Paleſtini cum Tyri ciuibus.*

8 His adhæret Assyrius, perpetuus commilito filiorum Lot. סלה

9 Fac eis sicut Madianitis & Sisaræ, sicut Iabino ad flumen Chison.

10 Qui fracti sunt in Endor, & sterquilinium terræ facti.

11 Duces autẽ eorũ similes fac Orebo, Zebo, Zebææ, & Zalmanæ, oẽs duces eorum.

12 Qui dixerunt, uendicemus nobis habitaculum Dei.

13 Deus meus redde eos rotæ similes, &

8 Insuper & Assyrij iũcti sunt illis, auxilio venerunt filijs Loth. Ita res habet.

9 Fac illis qđ olim fecisti Madean & Sisare, & Iabin iuxta torrentẽ Cisson.

10 Qui perierunt in Endor, relicti ad stercorandos agros insepulti.

11 Fac principibus illorum, quod olim fecisti Oreb, quod Zeb, quod Zebech & Salmane: eadem experiantur nunc horum duces vniuersi.

12 Qui dixerũt, occupemus veluti iure nobis debita elegantia illa tabernacula Dei.

13 Deus fac sint quæso tã instabiles, quàm est vila rota: et siles festucæ, quæ nõ potest resistere vento.

ſtipulæ quæ uento expoſita eſt.

14 *Sicut ignis nemora incendit, & ſicut montes flamma inflammat.*

15 *Sic perſequere illos procella tua, & turbine tuo obrue.*

16 *Perfunde uultus eorũ pudore, ut requirãt nomẽ tuũ Dñe.*

17 *Erubeſcãt & cõturbentur uſque in ſempiternũ, confundantur & pereant.*

18 *Vt experiantur, quòd tu Dñe ſolus es, nomen tuum ſolum eſt, ſolus altißimus es ſuper omnẽ terram.*

14 Sicut ignis in ſyluam immiſſus, & flamma in cacumen montium: quæ per obuia dumeta voli-tans vaſtat cuncta abſq; vllo impedimento.

15 Sic tu perſequere eos tempeſtate immiſſa abs te, & exercitato turbine perturba eos,

16 Imple ignominia vultus illorum, vt quærere cogantur placationem læſi nominis tui Dñe.

17 Pudefiant & conturbentur aſsiduè magis ac magis, infames fiant & pereant.

18 Vt ſciant te eſſe illũ, cui ſoli nomen eſt rei reſpondens, altiſsimo Domino in omnia poteſtatẽ habenti per vniuerſam terram.

PSALMVS LXXXIIII.

1 Quàm dilecta ta taberna.

1 *QVàm amabilia ſunt habitacula tua* Dn̄e *exercituū.*

2 *Concupiſcit & deperit anima mea atria* Domini, *cor & caro mea geſtiunt ad deum uiuū,*

3 *Vbi & paſſer domiciliū ſibi inuênit, & turtur nidū, quo fœtus ſuos reponat, aram uidelicet tuā* Domine *exercituum rex meus &* Deus *meus.*

4 *O' beatos eum qui domi tuæ habi*

PSALMVS LXXXIIII.

1 QVàm amabilia ſunt tabernacula tua Domine exercituum.

2 Sic amore capiebatur, vt vix eſſet apud ſe anima mea, quoties mentio fiebat atriorum Domini: cor meum & caro mea præ gaudio exiliebant ad nomen Dei viui.

3 Interim paſſer inuenit foramen, & hirundo nidū, vbi collocet pullos ſuos iuxta altaria tua Domine exercituū, qui mihi & rex es & Deus.

4 Felices qui habitant iuxta domum tuam: nunquàm deerit occaſio illis laudandi te. Ita res habet.

tant, tum qui te lau
dant. סלה

5 *O beatos quorum*
robur tu es, in quo=
rum cordibus lau=
des tuæ ſunt.

6 *Cum enim in la=*
chrymarum ualle
proficiſcũtur, uice
fontis eis utũtur, &
dux ipſe gratulatio
nibus ornatur.

7 *Tranſeunt de opu*
lentia in opulentiã,
deinde uidetur eis
Deus in Zion.

8 *Domine Deus ex=*
ercituũ exaudi ora
tionem meam, au=

5 Felix ille homo, qui
tuo beneficio fortis eſt:
ſemitæ enim ſunt elegã
ter ſtratæ in corde illi⁹,
per quas eunt ad ipſum
vſq; animum diuinitus
inſpiratæ vires.

6 Obambulant qui ta-
les ſunt aſsiduè veluti
in valle limpidiſsimis
plena fontibus, è qui-
bus quantum libebit,
bibent: ipſe verò, qui
diuinam hanc philoſo-
phiam aliis impartit do
ctor, omni ex parte di-
uinis muneribus exor-
nabitur.

7 Incrementa virtutum,
quicũq; ſunt tales, aſsi-
duè magis ac magis ac-
cipient, quoad peruene-
rint ad ipſum Deum, &
illi aſsiſtere videãtur pa
làm in Sion.

8 Domine Deus omni-
potens audi quæſo pre-
cationem meam, præbe

rem præbe Deus
Iaacob. סלה
9 *Inſpice ſcutũ no*
ſtrum Deus, & in=
tuere uultum Chri=
ſti tui.
10 *Quia ſuauior eſt*
una dies in atrijs
tuis, quàm aliàs
mille. Malo oſtia=
rius eſſe domi Dei
mei, quàm uerſari
in tabernaculis im=
piorum.
11 *Lux enim & ſe=*
curitas eſt Domi=
nus Deus, gratiam
& gloriã dabit Dominus, nullo bono de=
ſtituit eos qui integrè uiuunt.

aurem Deus ſeruator
Iacob. Ita fiat.
9 Qui diligentius pro/
tegere nos ſoles, quàm
vllum poſsit ſcutum,
aſpice Deus, & clemen
ter reſpice faciem ſup/
plicis Chriſti tui.
10 Melior eſt enim vna
dies in atrijs tuis, quàm
mille quocunq; alio lo/
co: optarem magis ac/
cubare ad limen do/
mus Dei, quàm habita/
re in ſplendidis impieta
tis ædibus.
11 Eſt enim tanquam
ſol & clypeus Domi/
nus Deus, gratiam &
gloriã dabit Dominus:
non poterit non facere
benignitatis ſuæ parti/
cipes eos qui ambulant
ſimpliciter.

11 *O beatos Domine Deus exercituū qui in te sperant.*

12 Domine exercituum omniū imperator summe, felix modis omnibus ille est homo, qui fidit per omnia tibi.

PSALMVS LXXXV.

1 *PRopitius sis Domine terræ tuæ, restitue captiuitatem Iaacob.*

2 *Tolle scelus populi tui, & operi omne peccatum eorum?* סלה

3 *Tolle omnem indignationem tuam, redi à furore iræ tuæ.*

4 *Redi ad nos Deus saluator noster, solue tuam erga nos indignationem.*

PSALMVS LXXXV.

1 REconciliatus es Dñe terræ tuæ: reduxisti enim è captiuitate Iacob. Benedixisti dñe terram.

2 Abstulisti omnē iniquitatem à populo tuo: texisti omnia peccata illius. Ita factum est.

3 Collegisti omnē iram tuam, quę sparsa fuerat in nos: continuisti, ne in furorē erumperet, iram tuam.

4 Recipe in gratiā nos Deus autor salutis nostræ, & tolle inimicitias, quæ fuerunt inter te & nos.

5 *Num in perpetuum ſuccēſebis nobis, aut protelabis iram tuam à generatione ad generationem?*

6 *Non'ne redibis potius ac reſtitues nos, ut populus tuus lætetur in te?*

7 *Oſtende nobis Domine bonitatem tuam, & ſalute tua nos dona.*

8 *Auſcultabo quid mandaturus ſit Dominus Deus: mandabit enim pacem populo ſuo, & ſanctis ſuis, quò minus ad ſtultitiam cõuertantur.*

5 Num perpetuò iraſceris nobis? proferes ne iram tuam in generationem & generationem?

6 Tu ne es ille, qui nos à captiuitate liberare ſolus potes, & vita donare, vt populus tuus ſeſe te oblectet, pacem conſecutus?

7 Fac ſentiamus Domine benignitatem tuam, & ſalutis tuæ participes effice nos.

8 Auſcultabo, quid locuturus ſit Deus: certò enim ſcio locuturum, quæ ad pacem pertinebunt populi ſui, & ſanctorum ſuorũ, nec ſinet eos relabi in amentem illam impietatem, propter quam abducti fuerant captiui.

9 *Nam propinqua est salus eius timentibus eum, & gloria eius, ut habitet in terra nostra.*

10 *Bonitas & fides occurrent sibi mutuò: mutuò sese osculabũtur iustitia & pax.*

11 *Veritas de terra germinabit, & iustitia de cœlo orietur.*

12 *Dominus donabit bonitatem, & terra nostra reddet annonam suam.*

9 Propinqua certè colentibus ipsum salus ipsius, qua fiet, vt non perfunctoriè perambulet, sed inhabitet maiestas illius terram nostram.

10 Misericordia & fides obuiam mutuò factæ sunt, iustitia & pax mutuò exosculatę sunt sese.

11 Veritas è terra pullulabit, & iustitiã è cœlo prospicientẽ euocabit.

12 Profectò Dominus erit autor huius boni, vt terra nostra proferat fructum suum.

13 Iustitia præcedet illum, qui Domino charus est, & figet gressus viri illius in via per quã gradietur.

13 *Iustitia anteambulabit corã eo, ut uiam muniat ingressui eius.*

PSALNVS LXXXVI.

1 *PRæbe mihi Domine aurẽ tuã, & respõde mihi, adflictus e=nim et pauper sum.*

Inclina dñe aurẽ tuam & ex.

2 *Serua animam meam, quoniam in=nocens sum: salua seruum tuum Deus meus sperãtẽ in te.*

3 *Miserere mei Domine, ad te sine inter missione clamantis.*

4 *Lætifica animã serui tui, ad te enim Domine mentem meam tollo.*

5 *Quoniam tu Domine suauis & mi=*

PSALNVS LXXXVI.

1 PRæbe aurem tuam, & responde votis meis: quia pauper & omni humano præsidio destitutus sum ego.

2 Sit tibi curæ anima mea, quia candido sum erga te pectore: saluum fac tu seruum tuum, mi Deus: seruũ inq̃ tuum, qui totus pendet de te.

3 Misereat te mei Domine. imploro enim assidue, & implorabo auxilium tuum.

4 Exhilara animum serui tui: ad te enim vsque Domine animo meo, quantumuis in sublimi habites, pertingere conabor.

5 Tu enim Domine benignus es & clemens,

tis es, ac misericor=
diæ diues omnibus
inuocantibus te.
6 *Da aurem Domi=*
ne orationi meæ, et
attende uoci preca
tionum mearum.
7 *Tempore tribu=*
lationis meæ te in=
uoco, nam tu exau=
dis me.
8 *Nullus est inter*
Deos tibi similis
Domine nullus ti=
bi rebus gerendis
par est.
9 *Omnes ergo gen=*
tes, quas fecisti, ue=
niant, & adorent coram te Domine,

& suprà, quàm dici po-
test, misericors in om̃es,
qui tuum auxilium im-
plorant.
6 Aures præbe Domi-
ne precationi meæ: non
sit molestum tibi audire
clamosas preces meas.
7 Quotiescunq; aduersi
aliquid acciderit mihi,
opem tuam implorabo,
futurũ cõfidens vt præ-
stes, quod ex re mea esse
putabis.
8 Non est conferendus
tecum quisquã eorum,
quos impij homines pro
dijs habent Dñe, neq;
potest imitari quisquã
opera tua.
9 Quare futurum est, vt
exteræ nationes, qua-
rum omnium tu autor
es, veniant & supplices
fiant tibi, & seriò re-
uereantur maiestatem

& magnificent nomen tuum.

10 *Quoniã tu es magnus, & magna facis, tu solus es Deus*

11 *Dũc me Domine uiã tuã ut ambulem in ueritate tua, coge pectus meum, ut unicè timeat nomen tuum.*

12 *Gratias ago tibi Dñe Deus meus ex toto corde meo, & nomen tuũ in æternum magnificabo.*

13 *Quia bonitas tua grandia mihi fecit, eruisti enim animã meam de fouea, quæ subter me erat.*

nominis tui.

10 Magnus enim es tu, & stupenda designas, tu Deus es solus.

11 Doce me Domine viam, qua itur ad te, vt ambulẽ confidenter per eam, nihil dubitãs, quin bona fide mihi comes itineris futurus sis, excita cor meum, vt vnicè reuereatur maiestatẽ nominis tui.

12 Celebrabo tè Domine mi Deus toto pectore meo, & laudibus efferam nomen tuum perpetuò duraturis.

13 Benignitatis eñ tuæ erga me immensæ extant argumenta plurima: quoties enim versabar in periculis etiam summis, tu me eripuisti, & animam meam

14 *Deus, uiolēti insurrexerunt in me, & cœtus audaciū quærunt animam meam, neq; habent te præ oculis suis.*

15 *Tu ergo Domine Deus clemens & misericors, qui tardus es ad irascēdū, sed propēsus ad benignitatē & fidē.*

16 *Cōuertere ad me & miserere mei, da robur tuum seruo tuo, & salutem filio ancillæ tuæ.*

veluti ab inferis ad superos reuocasti.

14 Deus superbi insurrexeruut aduersum me, & ingens robustorū turba hoc egit studiose, vt vitam adimeret insonti mihi, non habita vlla ratione tui.

15 Verùm tu Domine Deus es misericors & pius, tardus ad iram: ad beneficentiam autem, & fidem seruandam propensissimus.

16 Respice me, & miserere mei: tribue vires seruo tuo, & serua filium ancillæ tuæ.

17 Ede signum aliquod fauoris erga me tui, vt hostes mei videant, & pudefiant: videant inquam te fuisse illum, qui auxiliatus sit mihi,

17 *Fac mecum signum ad bonum, ut eo uiso pudefiant osores mei, quòd tu Domine*

auxiliũ & consolationẽ tuleris mihi.

PSALMVS

LXXXVII.

1
2 *DOminus amat portas Zion, cuius fundamẽta in monte sancto sunt, super omnia tabernacula Iaacob.*

Fundamẽta ei⁹ in montibus.

3 *Magnifica sunt quæ in te dicũtur ò urbs Dei.*

4 *Memorabo Rahab Babyloni, notis mihi urbibus Palæ-*

& vltus sit iniuriã illatam mihi ab illis.

LXXXVIII.

1 FVndamenta ciuitatis huius iacta sunt in montibus sanctimonia maximis.

2 Amat Dominus portas Sion magis, q̃ vlla tabernacula Iacob.

3 Magnifica dicta sunt de te, ò ciuitas Dei. Ita res habet.

4 Memor ero Egyptiorũ, & Babyloniorum agnoscentium me: ecce rem nouam, Philistea & Tyrus vnà cum Aethiopa accurrẽt, propterea ꝙ insignis ille natus sit tibi.

5 De Sion quidem dicetur, quòd plurimi na-

stinæ, deniq; Tyro & Eethiopiæ: Ecce ille natus est istic.

5 *Nam in Zion gloriam dicetur paßim*

apud oẽs, excelsus ille qui cõdidit eã, natus est in ea.

6 Quin & Dominus ipse in annales populorũ referet, quòd ille natus sit in ea. סלה

7 Hinc cantorũ & saltãtium omnium habitatio in te est.

PSALMVS LXXXVIII.

1 DOmine Deus
2 saluator meus, ueniat oratio mea, nocte & die corã te clamãtis, in conspectũ tuũ, præbe aurẽ tuã suspirijs meis.
3 Satiata enim est malis anima mea, &

ti sint in ea., sed insignis ille confirmabit eã, quum sit altissimus.

6 Dominus commemorabit in descriptione populorum, quòd insignis ille nat⁹ sit ibi. Ita fiet.

7 Interim principes ludent instrumentis musicis præ gaudio, & mea omnia studia occupata erũt in laudãdo te, propter hæc tam mira, quæ fient in te.

LXXXVIII.

Domine Deus salutis meę in die.

1 DOmine Deus à quo pẽdet salus mea, per diẽ clamabo, neque nocte latebit te vociferatio mea.

2 Quare admittatur quæso precatio mea in

uita mea ad inferos adpropinquat.

4 *Quin iam inter eos numeror, qui in foueã subeunt, simi lis existimor hoĩ, quẽ uirtus defecit.*

5 *Inter mortuos inuenior, uelut iter interfectos. inter eos q in sepulchro dormiunt, quorum non meminit ultrà quisquã, q potentia tua sunt abscißi.*

6 *Detrusisti me ad puteum infernum, in tenebras impermeabiles.*

conspectum tuum, præbe aurem tuam clamori meo.

3 Ad saturitatem enim & nauseam vsq; plena est molestissimorũ cruciatuum anima mea, vita mea sepulchro videtur esse proxima.

4 Habitus sum vnus è numero eorum, qui iamiam corruituri sunt in barathrũ: æstimatus non pluris sum, quàm vir omnibus suis viribus destitutus.

5 Præstaret mortuum esse, & liberum ab his malis, quales sunt, qui vel vulnerati, vel morbo extincti iacent in sepulchris, quorũ non recordaberis amplius, vt vitæ huic, qua vixerũt, eos restituas: verùm liberi sunt à plagis his tuis, quibus ego affligor.

6 Affecerunt me malis

7 *Fixisti furorem tuum in me, & omnibus nimbis tuis deiecisti.* סלה

8 *Amouisti à me notos meos, reddidisti me eis abominabilem, ego autem ita teneor, ut exire nequeam.*

9 *Deficit præ adflictione oculus meus, inuoco te Domine omni tempore, & manus meas ad te extollo.*

10 *Nũ defunctis magnifica facta tua ostendis? num exangues ita uiuunt, ut te confiteantur?* סלה

tam multis aduersarijs mei, vt visus sim ipse mihi præcipitatus in puteum, aut in carcerem obscurissimũ & profundissimum retrusus,

7 Omni ex parte premit me furor tuus: nullum superest mali genus, quo non afflixeris me. Ita res habet.

8 Alienasti à me familiarissimè notos mihi, & abominabilẽ fecisti me illis: conclusus sum, nec video, quo pacto explicem me.

9 Oculus meus languit præ dolore, imploraui auxilium tuum, Domine toto die expandi manus meas ad te.

10 Edes ne diuinitatis tuæ specimen in mortuis, aut resurgent ne

11 *Num prædicabi*
tur in tumulo boni
tas tua? & ueritas
tua apud interitũ?

12 *Nũ ĩ tenebris co*
gnoscũtur magnifi
ca tua gesta? aut iu
sticia tua apud rerũ
omniũ obliuionẽ?

13 *Ad te Dñe, in=*
quã, clamo, & ora=
tio mea ad occur=
rẽdũ tibi maturat.

14 *Cur Dñe dere=*
linquis animã meã,
& occultas uultum
tuum à me?

15 *Quum ego præ*
adflictione anhelus

mortui laudes tuas can
taturi? Ita ne fiet?
11 Mentio ne fiet in se
pulchro clemẽtiæ tuæ,
aut ĩtegritatis tuæ apud
eos qui perierunt?
12 Quo pacto in tene
bris nota fiet tua illa
potestas, qua miranda
designas: aut iustitia tua
inter eos, qui ex hoc or
be migrarunt in terram
desertam?
13 Pergam tamen ad te
clamare Domine, non
dum spem omnem de
ponens, & manè ante
omnia precatione mea
occupabo te.
14 Quorsum Domine
neglexisti animã meam?
ocultasti vultum tuum
ne sentiam solitum erga
me fauorem tuum.
15 Pauper sum ego, &
ærumnosus ab adole
scentia: pertuli tales ab
te mihi immissos ter

& amens iaceam? cùm tremens onera tua feram?

16 *Super me transeunt furores tui, indignatiões tuæ opprimunt me.*

17 *Aquarum instar stagnant circum me sine intermißione, simul irruũt in me.*

18 *Sustulisti à me amicos & cognatos, noti mei ignoti sũt.*

rores, vt propemodum succubuerim, & desperare de salute tantũ non cœperim.

16 In me apparuerunt manifesta signa tui furoris, terrores tui oppresserunt me.

17 Circũdederũt queadmodũ aquæ solent collapsum in eas, idq; assiduè, cinxerunt me, non alius terror post alium, sed simul vniuersi.

18 Procul à me abire fecisti, si quis fortè reliquus fuit amãs mei, aut vicinus beneuolus: quin & familiariter notos abscõdisti, & veluti in tenebris, ne videri possint à me, collocasti.

PSALMVS LXXXIX.

1 *MIsericodias Domini in æternum cãtabo, ad*

LXXXIX.

1 DOminum nunquã te non misericordem miris modis esse carminibus testabor: & meæ æta

Misericordias dñi inæternum cantabo.

omnẽ posteritatem notã faciã ore meo ueritatem eius.

2 *Scio enim quòd bonitas tua in perpetuum duratura est, ueritas autem & fides tua, cum cœlis ipsis aderat, quum cõderentur.*

Quo sic es locutus.

3 *Incidi fœdus cũ electo meo, iuraui Dauid seruo meo.*

4 *Firmabo semen tuum in perpetuũ, & stabiliã solium tuum ad omnẽ posteritatem.* סלה

tis hominibus & posteris oĩbus, & docebo ore meo non esse dubitãdũ cuiquã de fide tua, quin præstaturus sis, quicquid promiseris vnquam.

2 Persuasi enim mihi futurum, vt perpetuò duret misericordia tua, & cœli prius ruant, quos artificio summo condidisti, & constanter conseruas, quàm te nõ stare promissis.

3 Percussi fœdus, inquit Dominus, cũ eo, quem elegi ipse mihi, & iuramento cõfirmauit illud, ne vllã habeat dubitandi causam seruus meus Dauid.

4 Perpetuò, inquit Dominus, stabiliam posteros tuos, extruã solium regale tibi, quod non conuelletur vlla generationum vnquam subsequentium. Ita fiet.

5 *Celebrant itaque
cœli fortia facta
tua Dñe, & eccle=
sia sanctorũ fidem
ac ueritatem tuam.*
6 *Quis enim uel in
nubibus est, qui cõ=
paretur Dño, aut
inter Deos qui Do
mino cõparetur?*
7 *Deus formidabi=
lis est in magno
sanctorum cõcilio,
& uenerabilis su=
pra omnes qui cir=
cum eum sunt.*
8 *Domine Deus*

5 Testantur cœli quàm
admirandus artifex sis
tu Domine, & perpe-
tuitatis tuæ testes sunt
apud omnes, qui tuæ
sanctitatis non penitus
sunt expertes.
6 Quis enim in cœlo
quouis pacto tecum con
ferri poterit: & quis
similis tibi inter ange-
los, quantumuis sint po
tentes?
7 Deus miris modis ma
gnus est, & suspicien-
dus etiam in cœtu san-
ctorum suorum, & me-
tuendus cunctis, qui cir-
ca illum sunt.
8 Domine Deus quis
conferri vllo pacto po-
terit tecum, quum sis
creator & conseruator
rerum omnium, & stabi
litatis tuæ circũ te ha-

*exercituũ, quis similis tibi, maiestate, fide,
ac ueritate, quibus latus tuum stipatur?*

9 *Tu imperas fastuoso mari, tu premis cùm efferuntur fluctus eius.*

10 *Tu cōtundis tã quã uulneribus superbũ, brachio tuo robusto dißipas hostes tuos.*

11 *Tui sunt cœli, tua est tellus, orbis deniq; & quicquid in eo est, tu enim fundasti ea.*

12 *Aquilonem & meridiem tu creasti, Thabor & Hermon de nomine tuo gloriantur.*

beas testes plurimos!

9 Tu imperium habes in vastitatem maris: si ferocire cœperint, & in altum se sustollere fluctus eius, tu potestate tua dum vis, compescis illos.

10 Tu percussisti potentissimum illum Aegypti regem, nō maiore negocio, quàm si res tibi fuisset cum aliquo viribus suis omnibus destituto: omnia potenti brachio tuo subuertisti, hostes tuos vniuersos.

11 Tui sunt cœli, tua est terra, orbis terrarum & omnia quæ in ipso plurima sunt: tu fundamenta iecisti omnium illorum.

12 Aquilonē & Austrū tu produxisti, mons Tabor. mons Hermon magnitudine sua testantur omnipotentiam tuam.

13 *Brachium tuum ter robustißimum est, manus tua fortißima, & altißima dextera tua.*

14 *Iustitia & æquitate instructum est solium tuũ, bonitas & ueritas anteambulones tui sunt.*

15 *O beatum populum tibi iubilandi peritum ò Domine, qui in luce uultus tui ambulant.*

16 *Qui in nomine tuo exultant omni tempore, & ad iustitiã tuã gestiunt.*

& occasionem præbent videntibus laudandi nomen tuum.

13 Tu brachium habes omnipotentia præditũ, robustissima est manus tua, & potentissima dextera tua.

14 Iustitia & æquitate stabilitum est regale solium tuum, clementia et æquitas præ omnibus curæ sunt tibi.

15 Felix ille populus qui agnoscit hæc, & sese oblectat his: Domine quicunque tales fuerint, semper comitabitur illos fauor tuus, & veluti clarissima in luce vultus tui versabuntur.

16 Ad memoriam nominis tui exultabunt omnibus diebus vitæ suæ, & beneficio iustificationis tuæ magni erunt.

17 *Tu enim es splē dor fortitudinis eo= rum, & gratia tua exaltatur cornu no strum.*

18 *Tu Dn̄e scutum nostrū es, & sancte Israēlis, rex noster.*

19 *Tu locutus es olim nūciando san= ctis tuis, atq; dixi= sti: Dabo heroi ro= bur, euehā electū super populum.*

20 *Comparabo Da uid seruum mihi, oleo meo sancto un gam eum.*

21 *Fulciet eū manus*

17 Ornamentum enim fortitudinis eorū es tu, & pro tua in nos pieta/ te robur illud incremen ta suscipiet assiduè ma/ gis & magis.

18 Beneficio enim Dn̄i magis q̄ vllo clypeo tu/ ti sumus, & auxilio il/ lius, qui sanctimoniæ au tor est, Israēli feliciter cedunt quæcunq; aggre ditur noster rex.

19 Olim locutus es cū sancto tuo Samuele, quomodo cum prophe/ tis soles: & dixisti, ro/ bur addidi viro alioqui forti, exaltaui adolescen tem illum, quem è popu lo elegeram.

20 Inueni Dauid seruū meum: oleo sancto meo vnxi eum.

21 Quare manus mea firma erit cum illo, nec deseret illum vnquam: insuper & brachium

mea, & brachium
meum corrobora=
bit eum.
22 *Non ſuperabit*
ipſum hoſtis, &
ſceleratus non op=
primet eum.
23 *Concidã ante eũ*
hoſtes ipſius, &
oſores eius pcutiã.
24 *Veritas uerò &*
bonitas mea ipſum
proſequentur, &
potẽtia mea exalta
bitur cornu eius.
25 *Portendam maieſtatem eius ad mare, &*
imperium eius uſq; ad Euphratem.
26 *Ipſe me appellabit, ô pater mi, Deus*
meus & petra ſalutis meæ.

meum potentiſsimũ fa-
ciet illum.
22 Nõ opprimet illum
vllus inimicus, nec ho-
mo ſceleratus malè illi
volens affligere poterit
illum.
23 Conterã enim quot-
quot audebũt ſeſe oppo
nere illi: & odio haben-
tes illum perdam.
24 Quicquid autẽ pro-
miſi illi, aſſequetur, &
prima illa gratie, qua ele
gi eum, irrita non fiet:
per me enim exaltabi-
tur cornu illius.
25 Et extẽdam vſq; ad
mare ditionem illius: &
vſq; ad flumina poten-
tiam dexteræ illius.
26 Ipſe vocabit me, &

27 *Ego autem pri=*
marium faciã eum,
ac superiorem re=
gibus terræ.
28 *Seruabo ei boni=*
tatem meã in per=
petuum, & fœdus
meum firmum per=
manebit ei.
29 *Semen eius in*
perpetuum propa=
gabo, & soliũ eius
secundum dies, qui
cœlo oriuntur.
30 *Quòd si filij eius*
legẽ meam deserue
rint, & in iustis meis non ambulauerint.
31 *Si mores meos cõtaminauerint, & man*
data mea non custodierint.

dicere familiariter au/
debit, pater meus es tu
Deus meus, stabilis &
inconcussa salus mea tu.
27 Et ego faciam illum
primum & potentissi/
mum omniũ regum, qui
sunt in terra.
28 Perpetuò illũ prose/
quar fauore meo, & pa/
ctum, quod inij cũ illo,
firmum erit.
29 Et cõstitui posteros
illius conseruare perpe/
tuò, & soliũ regni illius
facere tam diuturnum,
quàm erunt dies cœli.
30 Si deseruerint poste/
ri illius legem meam, &
secũdum præcepta mea
non vixerint.
31 Si leges meas vio/
lauerint, & mandatis

32 *Iam uirga uisitabo transgreßiones eorum, & uerberibus scelera eorum.*

33 *At bonitatē meā non auferam ab eo, neque fidem meam fallam.*

34 *Non faciam irritum fœdus meum, quæq; ex ore meo prodierunt nō immutabo.*

35 *Omnino iuraui per sanctitatē meā, si Dauid fallam.*

36 *Semē eius in perpetuum durabit, & solium eius coram me tanquam sol.*

meis non paruerint.

32 Ego veluti virga flagellabo eos, vt resipiscant, & verberibus animaduertam in scelera illorum.

33 Clemētia verò mea nunquàm destituā illos: nec enim mentiri potero, aut contra datā à me fidem facere.

34 Nunquàm violabo pactū, quod est inter me & illos, id enim quod semel locutus sum, non mutabo vnquam.

35 Quum ergo iurauerim per sanctitatem & maiestatem meam, mentiri ne Dauid potero?

36 Futurum promisi semen illius perpetuò duraturum, & soliū regni illius fore tam stabile,

37 *Firmum erit in sempiternum ſicut luna, & ſicut certus ille in nubibus teſtis.* סלה

38 *Nũc autẽ deſpicis & abijcis, ſimultatem exerces cum Chriſto tuo.*

39 *Reſcindis fœdus ſerui tui, humi contaminas coronam eius.*

40 *Scidiſti oĩa ſepta eius, & munitiones eius cõtriuiſti.*

41 *Cõculcant eum oẽs qui iſtîc tranſeunt, obprobrium eſt uicinis ſuis.*

& diuturnũ, q̃ eſt ipſe ſol in conſpectu meo.

37 Sicut luna perpetuũ erit regnum illius, quam & ſtabile promiſsionis meæ in cœlo ſignum eſſe volo.

38 Interim tu tanquam horũ omniũ oblitus, deſeruiſſe & abominatus eſſe videris Chriſtũ tuũ, & excanduiſſe in illum.

39 Violaſſe videris fœdus initum cum ſeruo tuo, & ignominioſe in terram abieciſſe diadema illius.

40 Diruiſti oẽs muros illi⁹, & munitiones, quibus tutus eſſe ſolet ab hoſtium inſultibus, funditus demolitus es.

41 Cõculcãt quotquot iter faciunt iuxta illum, factus eſt ludibrio viciniis ſuis.

42 *Dexteram hostis eius exaltas, & lætificas omnes inimicos eius.*
43 *Retorsisti robur gladij eius, & non facis eum uictorem in prælio.*
44 *Cessauisti ab ornando eo, & soliũ eius ad terram collisisti.*
45 *Recidisti dies iuuentutis eius, operuisti eum pudore.* סלה

42 Extulisti in altũ dexteram hostiũ illius, vt grauius feriam, gaudio effecisti quotquot malè voluerunt illi.
43 Aciem enim gladij nostri retudisti, nec ꝓditurus videris nobiscum, sicut soles, in prælium.
44 Obscurasti splendorem illius, solium illius regium in terram vsq; detraxisti.
45 Breues fecisti dies adolescentiæ ipsius, omni ex parte ignominia cooperuisti illum. Ita factum est.
46 Quousq; tandẽ absconderis Domine? perpetuo ne? exardescet ne, quemadmodũ ignis solet, furor tuus?

46 *Quousq; Domine abscondèris? an'ne in perpetuum? quousq; incensa erit uelut ignis indignatio tua?*

47 *Reputa quantũ ſit tempus mihi cõ=ſtitutum, num leuẽ ob cauſam creaue=ris omnes filios ho=minum?*

48 *An quiſquã ita uiuat, ut nõ ſit mo=riturus? aut animã ſuã de ui foueat libe raturus?* סלה

49 *Vbi eſt priſca illa bonitas tua* Do*mine, quam iure=iurando promiſiſti* Dauid *per uerita=tem tuam?*

50 *Memor eſto* Dñe *opprobrij, quo uni=*

47 Recordare ꝙ bre/uis, & nihili ſit vita mea, an non ex ipſa con ditione mali ſatis habe/mus? qui vanitati per totam vitam obnoxij, quotquot ſumus poſte/ri Adæ, abs te conditi ſumus.

48 Nemo eſt eñ, quan/tũuis ſit vir robuſtus, ꝙ victurus ſit expers mor tis, & qui tutari vitam ſuam poterit cõtra vio/lentiam ſepulchri.

49 Vbi nunc ſunt ſupe/riorum ſeculorũ miſeri cordiæ tuæ Dñe, quan/do iuramento obſtrinxi ſti te Dauid, bona fide poſterorũ illius curam te habiturum?

50 Perpende Domine quàm contumelioſè tra ctãtur ſerui tui, quodq́; cõcoquere cogar clàm, & velut in ſinu porta/re contumelias, quibus

uersa populorum
multitudo seruos
tuos afficit, quod
ego in sinu meo
premo.
51 *Quo cõtumelian*
tur inimici tui Do
mine, quo etiam ue
stigia uncti tui exe=
crantur.
52 *Gratiæ* Domino
in perpetuũ, Amẽ,
Amen.

me afficiunt populi va/
rij & propemodum in/
numeri.
51 Contumeliosi enim
non in nos solum sunt.
sed & in ipsum te Do/
mine: rident enim assi/
duè nos, tanquam spei
nobis nihil sit reliquum
in Christo tuo.
52 Qualiscunq; sit sta/
tus rerũ nostrarũ, Deus
quod promisit, nõ pote
rit nõ præstare, quãuis
molesta sit nobis mora:
quare dignus est, qui
perpetuò laudetur ab
omnibus, Amẽ, Amen.

PSAL. XC.

1 *Domine tu es*
receptaculũ
nostrum ab omni
æuo.
2 *Priusquã montes*

XC.

1 DOmine tu fuisti no/
bis seculis superio/
rib⁹ instar asyli, ad quod
tutissime confugere li/
cebat.
2 Prius eñ quàm mon/
tes producti essent, & fa
cta terra, & in plagas

Libri tertij fi/nis.
Dñe re/fugiũ fa/ctus es nobis.

naſcerētur, aut tel=
lus: priuſquàm con
deretur orbis, ab
æterno uſq; inæter=
num tu es Deus.

3 Tu redigis ho=
minem in puluerē,
& cōtrà, dicis: Re
dite in integrū filij
hominum.

4 Quia mille anni
ante te ſunt, ſicut
dies heſterna, quæ
præterijt, & excu=
biæ nocturnæ.

5 Te illos diſsipan
te, ſomnus fiunt, ac
ſubitò ſicut fœnum
mutantur.

habitatas diſtincta, tu ab
æterno fueras teipſo po
tentiſsimus Deus.

3 Deduces hominem va
rijs miſerijs obnoxium:
quoad ſenio fractus fue
rit, & dices tum, redite
poſteri Adæ in terram
vnde prodijſtis.

4 Mille profectò anni
apud te & cum tua æter
nitate collati, ſunt tan
quā dies heſternus, qui
præterijt: & tanqnam
vna ex nocturnis vigi
lijs, quæ nullū relinquit
poſt ſe veſtigium.

5 Velociſsimè propera
re annos hominū iubes,
& priuſquàm ad ſe re
uerſus homo cogitet, qd
ſibi in vita acciderit,
elapſos ſentiet illos ve
luti ſomniū quoddam:
manè enim in initio vi
tæ tanquam herba quæ
dam ſuccreſcet, & ali
quid eſſe apparebit.

6 *Fœnũ manè floret & crescit, uespere incisum arescit.*

7 *Sic te irato consumimur, et in furore tuo deturbamur.*

8 *Tenes flagitia nostra coram te, occulta nostra in luce uultus tui* patent.

9 *Te irato, uniuersi dies nostri collabũtur: anni nostri dicto citius finiunt.*

10 *Dies annorum nostrorum quibus*

6 Manè inquam virebit & aliquo vsq; succrescere videbitur : ad vesperam verò succidetur, & arescet.

7 Et tanquam nõ sit in annis nostris paucis mali satis, accedit ira tua, quæ nõ sinit vel per somnium nos sentire, qualecũq; illud sit quod possit homini esse quoquo modo voluptati: in metu enim cõsumpti sunt anni nostri: & quia vehementer nobis irasci videbaris, cõturbati sumus, & inhorruimus.

8 Collocasti iniquitates nostras è regione tibi, & peccata, quæ nos pro occultis habuimus, & in adolescẽtia cõmisimus, ipsa luce manifestiora sunt in conspectu tuo.

9 Quare dies nostri elapsi sunt vniuersi te nobis irato, finiuimus annos nostros dicto citius.

10 Tempus enim vitæ nostræ si fuerit septuaginta

degimus, ſeptuagin ta ferme anni, & ſi qui uiuidiores sũt, octoginta anni, quæ ipſorum excellen= tia inter labores & dolores rectius nu= meraretur, ſic ſubi tò recidimur & a= uolamus.

11 *Quis habet ra= tionem potentis iræ tuæ, æquè excande ſcentiæ ac furoris?*

12 *Inſtrue nos, ut dies noſtros nume= remus, & ſapienti=*

annorũ, aut ad ſummum octoginta, bene actum nobiſcum putabimus: interim illi, qui præci/pui ſunt inter hos, & tanquam flos ipſe huius tam raræ ætatis, & mo/leſtijs & laborioſis mi/ſerijs pleni abeunt ve/lociſsimè, & nos toti, velut alis aſſumptis, a/uolamus.

11 Quis vitare vnquam nouit potentẽ irã tuam? maximè ſi à nobis exi/gas venerationem maie/ſtati tuæ debitam, & ob eam non ſatis diligen/ter præſtitam, quantum res ipſa requirat, iraſci volueris.

12 Numerare nos doce ad hũc modum pauciſ/ſimos dies noſtros, & ſemper habere paucita/tem illorum in memo/ria, vt nihil nobis de hac vita magni promittẽtes, diuinæ ſapientiæ ſtudio animum intendamus.

corde cõsideremus.

13 *Redi Dñe nunc tandẽ, & propitius esto seruis tuis.*

14 *Satiemur citò bonitate tua, ut exultemus & lætemur cunctis diebus nostris.*

15 *Lætemur pro ratione dierum, quibus nos adflixisti, pro annis qbus malum experti sumus.*

16 *Impartire seruis tuis egregia facta tua, & amplitudinem tuam filijs eorum.*

17 *Et sit splendor Domini Dei nostri no=*

13 Redi ad solitam clementiam Domine, an nondum satis in miseros nos sæuitũ videtur? misereat tandem te seruorum tuorum.

12 Copiosè & citò summo mane benignitatis tuæ participes effice nos: vt saltem gaudere liceat & lætari paucis, qui reliqui sunt, vitæ nostræ diebus.

15 Affice nos gaudio ꝓ magnitudine malorum, quæ diebus & annis superioribus pessima experti sumus.

16 Appareat seruis tuis salutiferum illud redemptionis opus. & reconciliatio diuinæ maiestatis tuæ nota fiat seruorum tuorum posteris.

17 Sic fiat gratiosus &

biſcum, opus quoq; manuũ noſtrarum nobis perficiat, o=pus manuũ noſtra=rum ille abſoluat.

pulchrè fauẽs nobis Dominus Deus noſter, vt quicquid facere tentauerimus, efficax fiat: efficax inquam fiat Domini beneficio, quicquid manibus noſtris attrectauerimus.

1 PSAL. XCI.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi.

QVi habitat in penetralibus altiſsimi, & ſub umbra omnipotentis uerſatur.

2 Dicit ad Dñm: *Spes mea & ſecuritas mea Deus meus eſt, eóq; fidam.*

3 *Is enim liberabit te de laqueo uenatoris, & à peſte peßima.*

XCI.

1 QVicunq; cõmittit ſe protectioni altiſsimi, quantũuis occultæ, illius tutelã ſuſcipiet omnipotẽs Deus, & tutò verſabitur inter pericula vitæ huius.

2 Quare & ego pſuadere mihi audebo de Domino, quòd ſpes mea ipſe ſit, propugnaculum meũ, & Deus meus: ego enim totum me curæ illius committam.

3 Ipſe ergo curabit, ne incidas tu, quiſquis illi credis in vllum inſidia-

4 Alis suis operiet
te, ut sub pennis e=
ius tutus sis: ueritas
& fides eius, cly=
peus & umbo tuus
erit.

5 Vt neq; nocte me=
tuendum sit tibi à
terroribus, neq; die
à uolante sagitta.

6 Non à peste quæ
in obscuro grassa=
tur, nõ à noxa quæ
meridie uastat.

7 Milia cadent ad
latus tuũ sinistrũ, et
myriades ad dexte=
rũ, quo minus ad te
appropinquetur.

toris laqueum, tutum te reddet à peste quãtumuis pestilente.

4 Alis suis cooperiet te, & sub pennis illius tutus eris: nullum scutum nec vllus clypeus præstare hoc cuiquam poterit, quod ipse sua cura præstabit.

5 Protectione illi⁹ fiet, ne metuas, vt res vlla terrorẽ incutiat tibi noctu: neq; timeas, si quis iaculo te petat etiã medio die.

6 A peste, quæ clàm inuadere homines solet, & ab ea, quæ de improuiso suborta sęuiet, securus eris.

7 Si prælium ingressus cum hostibus manus cõserueris, à latere sinistro mille, & à dextro decem millia corruent, tu verò incõmodi nihil accipies.

8 *At impiorũ mul
ctam uidebis, & in=
spicies tuis ipsius
oculis.*

9 *Tu enim Dñe se
curitas mea es, in
edito cõstituisti asy
lum habitaculi tui.*

10 *Non temere ue=
niet ad te malum,
plaga non accedet
tabernaculo tuo.*

11 *Angelis enim suis
tua causa præcipi=
et, ut ĩ omnibus uijs
tuis te custodiant.*

12 *Vt manibus te
baiulẽt, quò minus
ad lapides lædas pedes tuos.*

8 Quin potius oculis
tuis videbis præliãtem
pro te Deum, & im-
pios pœnas dare secu-
rus aspicies.

9 Meritò ergo omnis
fiducia mea sita est in te
Domine: quisquis igi-
tur sapis, Dominũ, qui
est supra omnia, veluti
tutissimum asylũ, ante
oculos tibi propone.

10 Quod si feceris, au-
sim tibi polliceri, qui
hæc scribo, nõ futurum
vt vllum inopinatũ ma-
lum te corripiat, vel vl-
la plaga familiam tuam
infestet.

11 Mandauit enim ange
lis suis curam tui, vt so-
liciti sint pro te, qua-
cunq; ieris.

12 Manibus gestabunt
te quoties periculũ fue-
rit, ne vel leuiter in la-

13 *Super pardos & aſpides incedes, cal*
cabis leonẽ & dra=
conem.
14 *Me enim deperit,* ait Dñs, *ego quoque*
liberabo eũ ac pro=
tegam, quia nomen
meum agnoſcit.
15 *Quum me inuoca*
bit, exaudiam eum:
in anguſtia adero
illi, eximam eum ac
magnificabo.
16 *Longæua ætate*
ſaturabo eũ, ac po=
ſtremò ſalutẽ meam
oſtendam ei.

PSAL. XCII.

pillum impingat pes
tuus.
13 Per medios leones
& ſerpentes iter facies
ſecurus: & ſi inſurgere
in te conentur, pedi-
bus conculcabis pro-
ſtratum leonem & dra-
conem.
14 Quia me amauit, ab
omni malo immunẽ fa-
ciam illum: ſtabilem &
incõcuſſum illũ reddã,
quòd charum illi fuerit
nomen meum.
15 Implorabit auxiliũ
meũ, & ego votis illius
reſpondebo, adero illi,
ab omnibus periculis li-
berabo illum, & hono-
ratum faciam.
16 Longitudine dierum
ſaturabo illum, oſten-
dam illi quibus modis
beare ſoleam amicos
meos.

XCII.

1 *PVlcherrimum est celebrare Dñm, & canere nomini tuo altißime.*

Bonũ est confiteri Dño.

2 *Prædicare bonitatem tuã sub auroram, & ueritatem tuam noctibus.*

3 *Decachordo & cheli, carmine & cithara.*

4 *Tu enim Domine lætificas me operibus tuis, & propter facta manuum tuarum exulto.*

5 *Quàm præclara sũt opera tua Dñe? extra modum profunda sunt consilia tua*

1 AEquum est cum gratiarum actione laudare Dominum, & cantare nomen tuum ò altissime.

2 Commemorare summo mane clementiam & cõstantiam tuam noctibus singulis.

3 Idq; non voce solum, sed & musicis instrumẽtis, decachordo, nablo, & citharæ dulci modulatione.

4 Delectasti enim me Domine elegantissima hac operum tuorum varietate, operibus, è quibus colligi facilè potest omnipotẽtia manꝰ tuæ, oblectabo me.

5 Quàm suspicienda ob magnitudinẽ sunt opera tua Domine, vehementer profunda sunt, & inscrutabilia nobis

6 *Homo imprudēs*
non capit, neq; stul
tus intelligit istud.
7 *Quòd, cum scele*
rati, sicut fœnum,
germinant. in hoc
floreant oēs facino
rosi, ut in perpetuū
excindantur.
8 *Tu autē summus*
permanes inæternū
Domine.
9 *Ecce enim hostes*
tui Domine, hostes
inquam tui pereunt
ac dißipantur om=
nes scelerati.
10 *Meum uerò cor*
nu redascendet si=

consilia tua.
6 Vir stolidus nihil ho-
rū intelligit: neq; stultus
considerat in his natu-
ræ miraculis omnipo-
tentiam Dei.
7 Quòd virere videan
tur impij sicut gramen
terræ, & florere pluri-
mi homines scelerati. nō
hoc felicitatis illorum
putandum est, sed dam-
nationis perpetuæ argu
mentum.
8 Tu autem es excel-
sus super omnes, eris'q;
perpetuò Domine.
9 Quare præter expe-
ctationem eueniet hosti-
bus tuis Domine: præ-
ter expectationem, qui
nunc florere videntur,
funditus peribunt: sub-
uertēt sese celerib⁹ suis,
quotquot sunt homines
scelerati.
10 Interim tu simile fa-
cies cornu meum cornu

cut monocerotis, et senium meum præ succo uirescet.

11 *Quod hostium meorum, & insurgentium in me malignorum malum, inspiciet oculus meus, & auris mea percipiet.*

12 *Iusti uerò germinabunt instar palmæ, & sicut cedrus Libani frõdescent.*

monocerotis: iam nunc ꝑfusus mihi videor oleo fragrantissimo.

11 Videbit etiã oculus meus in meis, qualia quisquam optaret in hostibus suis: & de insurgentibus in me sceleratis audient aures meæ.

12 Iustus quemadmodũ palma florebit, & sicut cedrus in Libano in altum succrescet.

13 Qui plantati sunt in domo Domini, in atrijs Dei nostri flores suos proferent pulcherrimos.

14 Itaq; fiet, vt valentes sint in senio, bene habiti & virentes.

13 *Plantati domi Domini, in atrijs Dei nostri florebunt.*

14 *Quin in senectute germinabunt succulenti & floridi facti.*

15 *Quò palàm fiat, quàm æquus est Dominus petra mea, et iniquum nihil est apud eum.*

15 Vt palàm fiat equũ esse Dominum, qui instar rupis est mihi, & ab omni iniquitate q̃ alienissimus.

PSAL. XCIII.

1 *Domine rex q magnificè indutus es, amictus Domine ac fortitudine cinctus: orbem sic firmasti, ut moueri nequeat.*

2 *Iam inde ab exordio constitutum est solium tuum, ab æterno tu es.*

XCIII.

1 Dominus regnandi prouinciam suscepit maiestate vndiq; cõspicuus: induit robur Dominus, quo natura et à se ipso omnipotẽs est, quo & stabilientur, qui terram incolunt, ne amplius vacillent. Dñs regnauit, decorẽ indutus est.

2 Stabile est regnum solij tui, & fuit ante constitutionem mũdi, & ab ipsa constitutione vsq; in perpetuum ipse ille, q semper fuisti, eris.

3 Exaltauerũt flumina Dñe, exaltauerũt flumina strepitus suos.

3 *Ecce extollunt flumina Domine, extollunt flumina uocem suam, attollunt flu=*

mina fluctus suos,

4 *At sonitu aquarum immaniũ, nimbis aquarum uehementißimis potentior est Dominus, q in excelso habitat.*

5 *Quæ tu enim testatus es, super domo tua pulchra & sancta, uera & firma permanebunt Dñe usq; in æternũ,*

PSAL. XCIIII.

1 *DOmine De⁹ uindex. De⁹ ultor honorificare.*

Deus vltionum dñs, de⁹ vltion.

2 *Euehere ô iudex orbis, & redde su=*

suos, & exaltatura magis videbantur fluctus suos.

4 Verũ Dñs cõpescuit eos omnipotentia sua: aquis quãtũvis multis, imò & vastissimis fluctibus maris potentior est Dominus altissima quæq; possidens.

5 Quæ pollicitus es, optima fide prestita sunt domui tuæ, quã eleganter exornasti sanctimonia Domine, quæ duratura est perpetuò.

XCIIII.

1 QVi potestatem habes vlciscendi iniurias tuorum Domine, qui potestatem inquam habes Deus conspicuus appare.

2 Sustollaris quæsumus in altum, & solium tuum conscẽdas, qui iudex es vniuersæ terræ, & redde, quod me

perbis digna.

3 *Quouſque impij*
Dñe, quouſque im-
pij triumphant?

4 *Quouſq; loquun-*
tur, fabulãtur, atq;
diſſerunt friuola o-
mnes flagitioſi?

5 *Quouſque popu-*
lum tuũ cõmolunt,
& hæreditatẽ tuã
adfligunt?

6 *Viduã & aduenã*
occîdent, & pupil
lum trucidabunt?

7 *Et dicũt, non no-*
uit Dominus, &
Deus Iacob nihil horum intelligit.

8 *Accipite igitur imprudentes de populo*

rentur, ſuperbis.

3 Quouſq; impij Domi
ne, quouſq; impij exul-
tabunt?

4 Sceleratus illorum
animus erumpet in ver-
ba, & loqui eos coget
faſtuosè, prædicabunt
ſeſe, & ſua ſcelera ia-
ctabunt homines hi pe-
ſtilentiſsimi & numero
plurimi.

5 Populum tuum Do-
mine atterere conabun-
tur, & patrimoniũ tuum
affligent.

6 Viduam & aduenam
occident, & interficient
pupillos.

7 Perſuadebunt ſibi nõ
habiturum te horum ra-
tionem Domine, nec cõ
ſideraturũ te, quũ Deus
ſis Iacob.

8 Intelligite tãdem, qui

& stulti tãdem sa=
pite.

9 *Num is qui au=*
rem cõseuit, non au
diturus est? aut qui
oculum finxit, non
uisurus?

10 *Num qui gentes*
erudit, non corri=
piat? quiq; homi=
nes docet scientiã?

11 *Dño itaq; per=*
specta sunt huma=
na consilia, nempe
quòd uana sunt.

12 *O felicem uirũ*
quem tu doces Do=
mine, & quem lege
tua formas.

bestijs non multò estis præstantiores in populo, stolidi quando resipiscetis?

9 Quî vestris capitibus affixit aures, & facultatem dedit audiendi, surdus ne erit ille, nec audiet quicquã? & qui oculos vobis in fronte aptauit, expers ne esse poterit videndi?

10 Qui docet etiã ethnicos sectari, quod rectum est, an non suppliciũ sumet de vobis transgressoribus? ille inquã, qui docet homines prudentiam, & veluti insculpsit animis illorum, hæc relinquet inulta?

11 Dominus nouit omnia, quæ quiuis cogitat homo, quàm vana sint & inefficacia,

12 Quare felix ille est vir, quem tu erudire, & tua doctrina imbuere

13 *Vt securus sit à periculoso tempore, dum interim lacus impio fodiatur.*

14 *Nō enim repellet Dominus populum suū, & hæreditatē suam non deseret.*

15 *Sed ad iustitiæ normam restituet iudicium, atq; eū sectabuntur omnes, qui recto sunt corde.*

16 *Quis auxiliū ferat mihi aduersus malignos? aut quis cōsistat mecum aduersus sceleratos?*

17 *Nisi Dn̄s auxi-*

dignaberis, seruator omnium Domine.

13 Præbebit enim illi requiem ea disciplina temporibus periculosis, quoad impio fodiatur fouea, ex qua nunquàm emerget.

14 Non abijciet Dominus populum suū, neq; hæreditatem suam despiciet vnquam.

15 Futurum est enim vt iustitia cōiungatur cum iudicio, & iudices quod iustum est iudicent, sequanturq; illud vniuersi, qui integro sunt animo.

16 Vtinā exurgat quisquam mecum aduersus homines perditos, vtinam se quisquam mecū opponat his sceleratissimis hominibus.

17 Nisi Dominus auxilio fuisset mihi, perijssem: parum enim abfuit,

liator meus esset,
iampridē habitaret
apud inferos ani=
ma mea.
18 *Nam si quando*
dicerem, lapsus est
pes meus, sustenta=
bat me bonitas tua
Domine.
19 *In multitudine*
cruciatuū meorum
internorum solatia
tua reficiebant ani=
mam meam.
20 *Num tibi quic=*
quam commune est
cum solio scelerati,
qui adflictionem fingit prætextu legis?
21 *Concursant aduersus animam iusti, &*

quin vita spoliatus ia/
cuerim in sepulchro.
18 Quoties videbatur
pes meus vacillare, cle/
mentia Domini robur
addebat mihi, & stabi/
liebat me.
19 Pro multitudine tri/
stium cogitationũ mea/
rum, quibus intra me
cruciabatur animus me/
us, consolationes tuæ
vicissim exhilarabant
eum.
20 Nunquid commune
tibi quicq̃ erit cum so/
lio & potestate tyranni,
qui struit calumniam in/
sontibus, idq; suo mo/
re, & tanta calliditate,
vt legitimè illud facere
videatur?
21 Ipsi congregabunt
satellites in perniciem
iusti, hominem inno/

ſanguinē innocen=
tem damnant.
21 *Refugium uerò*
meū Dominus erit,
& Deus meus pe=
tra fiduciæ meæ.
23 *Et retorquebit*
in eos maliciam eo=
rum, & propter ne
quitiam eorum di=
ſperdet illos, di=
ſperdet illos Domi
nus Deus noſter.

PSAL. XCV.

1 *ADeſte exulte*
mus Domino
iubilemus petræ ſa=
lutis noſtre,

xium impietatis damna-
bunt.
22 Verùm Dñs erit
meus ꝓtector, & Deus
meus inſtar munitæ ar-
cis, quæ in altiſsima ru
pe extructa eſt,
23 Et retorquebit in il-
los iniquitatem, qua op-
preſſerunt alios ipſi: &
quemadmodum mere-
tur ſcelerata vita illo-
rum ſubuertet eos fun-
ditus ſubuertet inquam
eos ipſe Dominus Deus
noſter.

XCV.

1 EIa exultem⁹ nos Do
minum habere propi
tium, iubilemus ipſum
nobis veluti rupem fa-
ctum inacceſſam hoſti-
bus noſtris, & autorem
ſalutis.
2 Ante omnia hoc a-
gamus, vt placido vul-

Venite exulte-mus Domino, iubilemus Deo.

2 *Cōpareamus corā eo cū gratulatiōe, &*

lus iſte toto corde
errat. nō enim agno
ſcebant uias meas.
11 *Per iram ergo*
meam iuraui ſuper
eis, qd' non ingreſ=
ſuri eſſent in re =
quiem meam.

PSAL. XCVI.

1 *CAnite Domi=*
no carmē no=
uum, cane Domino
uniuerſa terra.

Cantate Dño cā ticū no/ uum.

2 *Canite Domino*
& collaudate no=
men eius, prædica=
te omni tempore ſalutem eius.
3 *Memorate apud gētes gloriā eius, apud*
omnes populos miracula eius.

ſtè, & aberrat turpiſsi/
mè: verùm ipſis nihil
eorum, quæ ego dice/
bam, curæ erat.
11 Quare quū finem in/
ſaniendi non facerent,
iurau iratus, me non
introducturum illos in
locum illum quietiſsi/
mum, in quem perduce/
re decreueram.

X C V I.

1 CAntate Dominū car
mine nouo, cantate
Dominum quoquot in/
colitis terram.
2 Cantate Dñm & ce/
lebrate nomen eius, præ
dicate de die in diem ſa/
lutem, qua ſeruati eſtis
beneficio ipſius.
3 Narrate exteris na/
tionib us maieſtatem

4 *Quoniã magnus est Dominus, & supra omnẽ laudẽ, formidabilis etiam est supra oẽs Deos.*

5 *Omnes enim Dij gentiũ statuæ sunt, Dominus autẽ cœlos condidit.*

6 *Gratulatio & magnificentia apud eũ sunt, potentia & maiestas in sanctuario eius.*

7 *Tribuite Dño tribus gentiũ, tribuite Domino potẽtiam & fortitudinem.*

8 *Tribuite omnipo=*

ipsius, vniuersis q vsq habitant populis stupenda opera illius.

4 Magnus est enim Dominus, & omni laude maior: metuendus etiam illis omnibus, qui vsquã habentur pro Dijs.

5 Omnia enim, quæ reliquæ nationes habent pro Dijs, nihil sunt: Dominus autẽ est, qui cœlos fecit.

6 Quicquid vsquam est magnificum & decorum, est in conspectu illius: potentia & ingens gloria illius relucet in ipsis cœlis, quos sibi pro habitaculo peculiarius delegit.

7 Quare tribuite Domino quotquot estis familiæ populorum, tribuite inquam Domino maiestatem & omnipotentiam.

8 Tribuite Domino eã

tentiã nomini Do=
mini: corripite mu=
nus, & uenite in
atria eius.
9 *Adorate Domi=*
nũ põpa ſancta: re=
uereatur faciẽ eius
uniuerſa terra.
10 *Euulgate in gen*
tes, Dominus re=
gnat: Dñs q firma=
uit orbẽ, ut moueri
nequeat: Dñs qui
per æquitatem iudi
cat populos omnes,

maieſtatem, quæ reſpon
det nomini ipſius: arri/
pite munera, & propera
te ad atria ipſius.
9 Proſternite vos ante
Dominum, veneraturi
magnificè ſanctam maie
ſtatem illius: metuite ab
ipſo quotquot habitatis
in terra.
10 Narrate exteris na/
tionibus, Dominum ſu/
ſcepiſſe regnandi pro/
uinciam: quare ſtabilie/
tur orbis, nec vacillabit
amplius.
11 Lætabitur cœlum,
& exultabit terra, exi/
liet præ lætitia mare
cum omnibus quæ in
ipſo ſunt.
12 Exultabũt cãpi, gau

11 *Lætentur cœli, geſtiat terra, reboẽt*
mare, & quicquid in eo eſt.
12 *Exultet ager, & quicquid in eo eſt:*
exultet omnis arbor ſyluarum.

13 *Ante Dominum cùm ueniet, ueniet enim ad iudicãdum terram, ad iudicandum orbem cum iustitia, & populos cum ueritate.*

debunt arbores vniuersæ in syluis ipsis.

13 Propter Dominum quòd aduenerit, quòd aduenerit inquã iudex futurus ipsius terræ: iudicabit em̃ orbẽ terræ secundum iustitiam, & populos optima fide gubernabit.

PSALMVS XCVII.

1 *DOminus regnat, gaudeat tellus, & ĩsularũ multitudo lætetur.*

2 *Nubes & caligo circũ eũ sunt, iustitia & æquitas sunt fulcra solij eius.*

3 *Ignis ante ipsum procedit, ut inflammet circunquaq; hostes eius.*

XCVII.

1 DOminus regni gubernacula suscipere dignatus est, exultet terra, gaudeant insulæ numero plurimæ. Dñs regnauit, exultet.

2 Nubes & caligo circa illum in terrorem malorum: iustitia autem & æquitas firmamentum sunt throni ipsius,

3 Ignis ipsum præcedet, & flamma vndique vastabit hostes illius.

4 *Fulgura eius orbem illustrãt, pauet ac mouet terra.*

5 *Mõtes instar ceræ diffluunt à præsentia domini, à cõspectu* Domini *uniuersæ terræ.*

6 *Annũciant cœli iustitiã eius, & uidebunt omnes populi maiestatem eius.*

7 *Erubescant autẽ oẽs, qui idolis seruiunt, inq; Dijs suis gloriantur, & adorent eũ omnes Dij.*

4 Lucere facient fulgura eius orbem, sensit & expauit præ fulgurum multitudine ipsa terra.

5 Montes tanq̃ cera soluti sunt, & præ metu apud se nõ fuerunt propter presentiã Domini, præsentiam inquã Dñi vniuersæ terræ.

6 Testati sunt cœli iustitiam illius: & viderunt vniuersi populi maiestatem illius.

7 Pudefiant quotquot colunt sculptile, qui placent sibi cultu rerum nihili: quin potius ipsi prosternite vos ante illum, quotquot estis vsquam, qui pro Dijs hominum stultitia habemini.

8 Audiuit & gauisa est

8 *Hæc cum audiet, lætabitur* Zion, *& exultabunt filiæ* Iuda *propter iudicia tua*

Domine.

9 *Quoniam tu Dñe*
altißimus es super
omnẽ terrã, in im=
mensum erectus es
supra omnes Deos.

10 *Qui diligitis Do*
minũ, odio habete
malitiam: ille enim
custodit animas ser
uorum suorum, &
de manu impiorum
liberat eos.

11 Per illum *lux in=*
nocẽti inseritur, &
gaudium, qui inte=
gro sunt corde.

Sion, & exultauerunt
filiæ Iudæ, propter iudi
cia tua, qui impios ter-
roribus exanimas, &
pios exhilaras Domine.

9 Tu certè supra vniuer
sam es terram, & pote-
statem habes in omnia
infinitis modis: ob hæc
miracula prælatus es
alijs vniuersis Dijs.

10 Qui amatis Domi-
num, odio habete mali-
tiam: ipse est enim, qui
animas sanctorum suo-
rum custodit, & à tyran
nide impiorum eripiet
illos.

11 Lux orta est iusto, &
animo candidis lętitia.

12 Gaudete iusti vos
Dominũ habere propi-
tium, & gratias agite cũ
veneratiõe sanctißimæ
maiestati illius.

12 *Lætemini iusti in Domino, & gratule=*
mini in commemoratione sanctitatis eius.

PSALMVS XCVIII.

1 CAnite Domino carmẽ nouũ, quia admirãda fecit, ſalutari dextera ſua, & brachio ſuo ſancto.

Cantate dño cãticũ nouũ.

2 Notã fecit Dominus ſalutẽ ſuam, & in gentium oculis reuelauit iuſtitiam ſuam.

3 Memor fuit bonitatis ac ueritatis ſuæ erga domum Iſraëlis, ut omnes fines terræ uideant ſalutẽ Dei noſtri.

PSALMVS XCVIII.

1 CAntate Dominum nouo carminis genere: ipſe enim præbet argumenta ſcribẽdi noua plurima, admirãda namque ſunt, quæ iam recẽs deſignauit: victoriam enim peperit ſibi ſua ipſius dextera manu, & brachio ſanctiſſimæ maieſtatis ſuæ.

2 Sic egit Dominus cũ ſuis, vt notũ eſſet omnibus victoriam illam ſalutiferam eſſe ab illo: palàm eñ vidẽtibus ethnicis argumẽta edidit iuſtitiæ ſuæ.

3 Memor factus eſt miſericordiæ ſuæ, & fidei in præſtandis, quæ promiſerat Iſraëli: viderunt quotquot habitant vſquam in vllis angulis terræ eam ſalutẽ, cuius autor nobis fuit ipſe noſter Deus.

4 *Iubilet dño uniuer sa terra, plaudat, exultet ac psallat.*

5 *Psallite Domino cithara, citharæ uocem psalmi iũgite,*

6 *Psallite tubis & uoce buccinæ, iubilate corã rege Domino.*

7 *Reboẽt mare, & quicquid in eo est, orbis cum habitatoribus suis.*

8 *Flumina plaudãt manibus, simulq; montes exultent.*

9 *Coram Domino quũ ueniet ad iudi-*

4 Iubilate in honorem Domini, quotquot habitatis in terra: sublata voce canite, exultate & psallite.

5 Psallite in honorem domini cithara, sed adhibita ad citharam modulatione vocis.

6 Sonate taratãtaris, & clangite tuba, iubilate, quantum potestis, propter aduentum insignis huius regis, qui Dominus est omnium.

7 Strepitum edat præ gaudio mare, & piscium multitudo innumera, orbis totus cũ his, quæ degunt in eo, exultet.

8 Flumina iunctis manibus gaudia sua testentur, vnanimiter montes exultent.

9 Idq; propter Dominum, quòd ipse aduenerit prouinciam suscepturus iudicãdi ter-

candum terrã, iudicabit enim orbem cõsultrice iustitia, & populos assessore æquitate.

ram: iudicabit orbem terræ secundũ iustitiã, & populos cum æquitate summa.

PSAL. XCIX.

1 *Dominus regnat, & populos cõturbat, insidet Cherubim, & mouet terram.*

Dñs regnabit, irascanť populi.

2 *Dominus, qui in Zion colitur, magnus est, & sublimis super omnes populos.*

3 *Euehant nomen tuum magnum, formidabile, & sanctum.*

4 *Regia fortitudo æquitatis quoq; amãs*

XCIX.

1 Quia Dominus aduenit regnũ administraturus, contremiscent populi: ille inquã Dominus, qui sedet super Cherubin, aduenit: quare reuerenter attoniti fient habitatores terræ.

2 Dominus in Sion magnus, & pro omnipotente agnitus ab vniuersis populis.

3 Fatebuntur nomen tuũ magnum esse, & metuendum, & sanctissimè augustum.

4 Quamuis potens sit Dominus, nõ tyrãnidẽ

est, tu manu tenes bonū, tu quod iustū & rectum est, facis in Iaacob.

5 *Exaltate Dominū Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, sanctus enim est.*

6 *Moses & Aharon è sacerdotum eius ordine, & Samuel ex eorū numero, qui nomen eius inuocāt, inuocabāt ad Dominū, & ille respondebat eis.*

exercebit, sed æquitatem, cuius amātissimus est: tu enim Dñe gubernabis omnia cum æquitate summa. iudicium enim & iustitiam in posteris Iacob exercuisti semper.

5 Exaltate Dominum Deum nostrum, & prosternite vos ad scabellum pedum ipsius: est enim ipse dignus eo honore, quum sit sanctissimus.

6 Moses & Aaron inter sacerdotes eius, & Samuel è numero corū, qui inuocabant nomen ipsius: quos semp exaudiebat, quando eius auxilium implorabant.

7 Ex nube, quæ formā columnæ habebat, loquebatur cum eis:

7 *È columna nubis alloquebatur eos, seruabant enim contestationem & legem*

quam dederat eis.

8 *Domine Deus noster, tu exaudie=bas eos, tu eras eis & Deus indulgẽs, & uindicans consi lia eorum.*

9 *Exaltate Domi num Deũ nostrum, & adorate in mon te sancto eius, san=ctus enim est Domi nus Deus noster.*

paruerũt admonitioni/ bus ipsius, & pactum inijt cum eis.

8 Domine Deus no/ ster, tu exaudiebas eos: Deus licet potẽs sis, cle mens tamẽ fuisti ad pre/ ces illorũ in alios, etiam eo momẽto, quo vlcisce baris ea, quæ aduersum te stultè cõmenti fuerãt.

9 Extollite Dominum Deũ nostrũ, & prostrati conuertite vos venera/ bundos ad cœlestẽ illum montem, in quo maie/ stas illius sancta pecu/ liariter apparet: est enim sanctissimus Dominus Deus noster.

PSAL. C.

Iubilate Deo oĩs terra.

1 *IVbilate Domi=no per uniuer=sam terram.*

2 *Colite Dominũ lætitia, uenite in conspe ctum eius cum exultatione.*

C.

1 IVbilate in honorẽ Do mini quotquot in ter/ ra versamini.

2 Colite Dominũ cum

3 *Agnoscite, quòd Dominus est Deus, ipse fecit nos, & nō nosipsi, qui sumus populus eius & oues pascuæ ipsius.*

4 *Ingrediamini portas eius cū gratulatione, & atria eius cū celebratiōe, laudate & prædicate nomen eius.*

5 *Quoniā benignus est Dn̄s, sempiterna est misericordia eius, ueritas autem eius ad omnes generationes durat.*

PSAL. CI.

lætitia : venite in conspectum ipsius cū exultatione.

3 Agnoscite Dominum esse illum Deum, qui fecit nos : neque enim ipsi fecimus nos : sed populus eius sumus, & grex, quem ipse pascit asiduè.

4 Intrate per portas illius gratias acturi pro acceptis ab eo innumeris beneficijs, & per atria cantaturi laudes illius : laudate illum, & celebrate laudibus nomen illius.

5 Benignus est enim Dominus, & infinitæ misericordiæ, & in seruandis promissis constantissimus, non vni generationi tantum, sed omnibus.

C I.

1 Miseri/cordiam & iudi/ciũ can/tabo.

1 *Misericordiæ & æquitati tuæ canam & psallam Domine.*

2 *Attentus ero in uiam innocẽtiæ, donec occurras mihi, ambulabo cum integritate cordis mei intra domũ meam.*

3 *Non proponam mihi ipsi calumniosum consilium: scelus præuaricationis sic odio habeam, ut non temere adhærescat mihi.*

4 *Mens nequitiosi abhorreat à me,*

1 Misericordiam & æquitatem carmi/nibus celebrabo: maxi/mè autem te Dominum virtutis omnis largito/rem psalmis efferã quã/tum potero.

2 Ego quidem pro vi/ribus operam dabo, vt familiam honestè insti/tuam, & integritatis mo/rum studiosus ero, sed conatus mei irriti fient, nisi tu adiuueris, quod quando fiet tandem? à te enim adiutus con/stanter versabor, pro puritate cordis mei, in administratione domus meæ.

3 Nunquàm mihi imi/tandam proposui rem vllam iniquã: hominem superbum semper odio habui, nec vnquam fa/miliaris fiet mihi.

4 Qui animũ suum stu/dio deprauat, is procul

hoc ſolum ignorē,
quod malum eſt.
5 *Qui clàm detra=*
hit ꝓximo ſuo, eū
opprimam, faſtuo=
ſum & arrogātem
ferre non poßim.
6 *Oculus meus in*
hoc mundo ad ueri
ſtudioſos intentus
ſit, ut mecū uerſen
tur : & qui in uia
innocētiæ ambulat,
miniſtret mihi.
7 *Non habitet do=*
mi meæ, qui dolum
facit : mendacioſus
non moretur in conſpectu meo.
8 *Tempeſtiue eliminem omnes ſcele=*

recedere cogetur à me:
virum ſceleratum inter
notos & amicos habitu-
rus non ſum.
5 Qui loquitur clancu-
lum in perniciem ſocij
nihil mali ſuſpicantis,
illum ſubuertam fundi-
tus: elatū oculis & ani-
mo arroganti ferre ne-
quaquam potero.
6 Oculi mei obſeruant
illos, qui bona fide ver-
ſantur in terra, vt illos
adiungam mihi, & ſe-
deant iuxta me: qui inte
græ fuerit vitæ, ille mi-
niſtrabit mihi.
7 Non ferā, vt habitet
quiſquā in ędibus meis
fraudulētus, neq; is, qui
mendacijs aſſueuit, du-
rabit apud me.
8 Summo mane ſub-
uertam impios exleges.

ſtos è terra, ut ex=cindantur de ciui=tate Domini omnes flagitioſi.

qui plurimi verſantur in terra, vt extermi-nentur è ciuitate Domi-ni vniuerſi ſcelerum pa-tratores.

PSAL. CII.

1 *DOmine exau-di orationẽ meã, & clamor me=us ad te perueniat.*

Domine exaudi orationẽ meam.

2 *Ne celes me uul-tum tuũ, cùm mihi anguſtia imminet, ſed præbe mihi au=rem tuam, cùm inuo-co, & feſtina, ut mihi opem feras.*

3 *Euaneſcunt enim ſicut fumus dies mei, & oſſa mea conſumuntur ſicut torris ab igne.*

CII.

1 DOmine audi preca-tionem meã: & cla-mor meus admittatur vſq; ad te.

2 Ne abſcondas faciem tuam à me hoc maximè tempore, quo calamitas premit me: præbe quęſo aures tuas mihi, cùm clamauero, & votis meis citò reſponde.

3 Conſumpti enim ſunt, veluti fumus cito euaneſcens dies vitæ meæ, & oſſa mea tan-quam focus, aſsiduo ardore exſiccata ſunt,

4 *Resectū & arc=*
factū est cor meum
tanquā fœnū, quo=
niā & cibū capere
meum oblitus sum.
5 *Præ uoce gemi=*
tuum meorum ægrè
adhærescunt ossa
mea carni meæ.
6 *Similis sum peli=*
cano in solitudine,
factus sum sicut no
ctua in parietinis
excisis.
7 *Peruigilo, & par*
sum passerculo, qui
uiduus in tecto sedet.
8 *Iugiter adficiunt me contumelijs inimici*
mei, & qui me ludibrio habent in caput

4 Simile fœno, quod
amputatum ardore solis
exsiccatur, est cor meū:
& oblitus sum præ ni-
mia calamitate sumere
cibum mihi.
5 Præ clamoso gemitu
factū est, vt vix hæreat
ossibus pellis mea.
6 Similis factus sum pe
licano, qui in auijs &
desertis habitat locis, &
nycticoraci cōsortia re-
liquarū auium fugienti.
7 Præ solicitudine so-
mnum nō indulsi oculis
meis. & similis mihi esse
videbar passeri mœsto,
qui solus in foramine
desidet sub tecto.
8 Incessanter per totum
diem contumelia affi-
ciunt me inimici mei:

meum coniurant.

9 *Sed & cinerem*
cum pane comedo,
& tempero poculū
meum fletu.

10 *Id autem pro=*
pter indignationē
& iram tuā, ſuſtu=
liſti enim & abie=
ciſti me.

11 *Dies mei ſimiles*
ſunt umbræ ſeroti=
næ, ipſe uerò tan=
quam fœnū exarui.

12 *Tu autem Do=*
mine in perpetuum
duras, & mentio
tua per omnes ge=
nerationes.

& qui inſultant mihi, in
pernicięm meam coniu
rauerunt.

9 Quare cibus meus nō
ſapuit magis mihi, q̄ ſi
cinerem comediſſem, &
potui meo lachrymas
admiſcui non temperās
me à fletu.

10 Propterea quòd ira/
tum te ſciebam mihi, &
grauiter offenſum, vide
ris extuliſſe me in altū,
vt grauius corruere fa/
ceres me.

11 Dies mei ſimiles ſunt
vmbræ, quæ aſsiduè
fit maior, & tenebris
propinquior: ego enim
non aliter quàm fœ/
num breuiſsimè exare/
ſcam.

12 Verùm tu Domine
perpetuò veluti ſecu/
rus, & nihil immutatus
permanebis, nec memo
ria tui vlla vnquam ge/
neratione abolebitur.

13 *Tu igitur exurgas, & miserearis Zion, tempestiuum enim est, ut eius miserearis, nam definitus terminus adest.*

14 *Quoniam serui tui depereunt lapides eius, & pulueris eius miseret ipsos.*

15 *Vt gentes timeant nomen tuum Domine, & omnes reges orbis maiestatem tuam.*

13 Tu tandē, certò scio, exurges, vt miserearis Sion, & tempus illud redemptionis appetere videtur iam nunc.

14 Profectò serui tui iam pridē desiderio tenentur vidēdorū lapidū eius: & quantūuis misera sit facies, piè tamē erga rudera eius affecti succurrere cupiunt.

15 Tum timebunt gentes nomē Domini, quæ nunc insultant nobis: & quotquot sunt reges in tota terra, venerabuntur maiestatem illius.

16 Vbi reędificauerit Dominus Sion, conspicuus apparebit maiestate sua.

17 Cōuertit se ad preca

16 *Cùm scilicet seruabis Zion Domine, quum adpares cum potestate tua.*

17 *Cùm aduertis ad orationem desti=*

tuti, & nõ contem=
nis preces eius.
18 *Mãdabitur enim*
iſtud poſteris, ut fu
turus populus col=
laudet Dominum.
19 *Quòd de ſubli=*
mi ſanctuario ſuo
proſpexerit, quòd
è cœlo in terrã in=
ſpexerit.
20 *Ad audiendum*
gemitum uincti, ad
abſoluendum neci
addictos.
21 *Quò in Zion*
prædicetur nomen
Domini, & gloria eius Hieroſolymis.
22 *In frequẽti populorũ cœtu, cum regna*

tionem propter cauſas
iuſtiſsimas dolẽtis: neq;
enim fieri poterit, vt cõ
temnat preces eorũ, qui
ſe conuertunt ex animo
ad illum.
18 Scribatur hoc ꝓpter
poſteros, vt populus q
naſcetur, laudet ſerua-
torem Dominum.
19 Dignatus eſt enim re
ſpicere nos è ſommo lo
co, Dñs è cœlis in ipsã
vſq; terram proſpexit.
20 Vt audiat gemitum
eius, qui vinctus detine
tur: vt liberet à vinculis
eos, qui morti fuerant
deſtinati.
21 Vt habeãt occaſionẽ
commemorãdi in Sion
nomen Domini, & lau-
des illius in Hieruſalẽ.
22 Quod fiet, quũ ſimul
collecti fuerint populi,

istic conuenient ad
colendũ Dominũ.
23 *Quanq̃ in ipso*
itinere adflixit ro=
bur meum, & præ=
cidit dies meos.
24 *Orantis etiam,*
ò Deus meus, ne tol
las me in medio cur
su ætatis meæ, anni
enim tui sempiter=
ni sunt.
25 *Tu fundasti olim*
terram, & cœli o=
pus manuũ tuarum
sunt.
26 *Ipsa peribũt, tu*
uerò cõstabis, & omnia uelut uestimẽtum
ueterascent: tu mutabis eos tanquã uestem

& facti concordes, &
vnanimiter regna cul-
tum Domini recepe-
rint.
23 Interim non cessa-
uit atterere, quocunq;
me verterem, vires me-
as, & abbreuiare dies
meos.
24 Quare dicã, mi Deus
ne me hinc sustuleris di-
midio dierum meorũ,
quum paucissimi sint,
& anni tui nũquàm vlla
generatione finem sint
habituri.
25 Tu eras priusq̃ ter-
ræ fundamenta iacerẽ-
tur, & cœli ipsi opus
sunt manuum tuarum.
26 Ipsi interibunt, tu
verò stabilis persistes,
& alia omnia, quemad-
modum vestis, atteren-
tur, & veluti palliũ mu-

ERSITA SEVILLA

atq; mutabuntur.

27 *Tu autem idem eris, & anni tui nõ inuenient finem.*

28 *Filij seruorũ tuorum, & semẽ eorũ cohabitabũt, & cõsistent tecum.*

PSAL. CIII.

1 *COllauda Dominum anime mi, & omnia cordis mei penetralia nomẽ eius sanctum.*

Benedic aĩa mea Dño, & oĩa quæ intra me sunt.

2 *Mi anime Dñm collauda, & ne excidant tibi uniuersa beneficia eius.*

3 *Qui ueniam dat*

tabis ea, & tuo imperio cedere cogentur.

27 Tu verò ipsissimus ille es, qui semper fuisti, & anni tui fine carebunt.

28 Filij seruorũ tuorũ securè habitabunt, & illorum filiorum filij fauore tuo in officio continebuntur.

C III.

1 GRatias age anima mea Domino: & quicquid est virium intra me, nunquam cesset laudare sanctissimũ nomen eius.

2 Gratias age anima mea Domino, nec sinas vnquam excidere memoriæ tuæ illa tam varia, quæ in te contulit beneficia.

3 Gratias inquam age ei, qui remittit omnem iniquitatem tuã, quantumuis varia sit, &

omnibus delictis tu is, & restituit uniuersas imbecillitates tuas.

4 *Qui uindicat ab interitu uitam tuã, & ornat te benigniter & humaniter.*

5 *Qui bonis desiderium tuũ satiat, & floridam seruat uelut aquilæ iuuentutem tuam.*

6 *Ius reddit ac uindicat Dominus omnes, qui patiuntur iniuriam.*

sanat omnem ægritudinem tuam.

4 Qui redimit ab interitu, cui destinata fuerat, vitam tuam: qui coronat te, & veluti regẽ facit benignitatis in te, & pietatis officijs.

5 Qui quantum boni os tuum appetere potest, abunde suppeditat tibi, cuius beneficio quemadmodum aquila, quæ rostrum ob vetustatem nimis aduncum abijcit, & iuuentam recipit, tu quoqꝫ ob peccatum squallida, & senescens florem iuuentutis recipies.

6 Iusta sunt quæcunqꝫ facit Dominus, nec sine summo iudicio premi ad tempus sinet iustos plurimos: nouit enim ipse eiusmodi mala bonis alijs longè melioribus, quàm mala illa erant, compensare.

7 *Mosi ostẽdit uiã suã, & filijs Israël consilia sua.*

8 *Humanus & placidus est Dñs, cunctãter irascitur, at impẽdiò indulget.*

9 *Non iurgatur in perpetuum, neq; in perpetuũ succẽset.*

10 *Non facit nobis iuxta peccata nostra, & iuxta scelera nostra non retribuit nobis.*

11 *Nam iuxta sublimitatem cœlorũ ad terram, augusta est bonitas eius er=*

7 Ipse docuit Mosem præcepta viuendi rectè, & Israëlitis consilia sua concredidit.

8 Benignus & misericors est Dominus & ab ira quàm alienissimus: ad beneficentiam verò suprà quàm dici potest propensus.

9 Quamuis inimicitiæ inter nos & illum sint, non tamen futuræ sunt perpetuæ: neq; memoria retinebit perpetuò iniurias, quibus illum affecimus.

10 Nec enim afflixit nos vnquam pro magnitudine peccatorum nostrorum, neq; pro scelerum nostrorum multitudine pœnas vnquam sumpsit de nobis.

11 Quamuis enim maxima sit cœli à terra distantia, maior tamen est multo benignitas eius

ga cultores suos.

12 *Remouet à nobis crimina nostra: quã remotus est ortus ab occasu.*

13 *Quàm mitis est parens in liberos, tam mitis est Dominus erga cultores suos.*

14 *Ipse enim nouit facturam nostram, memor quòd è puluere sumus.*

15 *Quòd mortalium ætas tãquam fœnũ est, quòd instar florum agri floret.*

in illos, qui eum reuerentur, etiam si peccent in eum subinde,

12 Longius quàm abest Oriens ab Occidente, amouit à nobis scelera nostra.

13 Sicut pater obliuisci non potest affectus paterni, sed miseret illum filij etiam dum flagellat ipsum: ita Dominus nunquàm desinet esse misericors in eos, qui reuerentur illum.

14 Ipse enim nouit stulta desideria nostra: & in memoria habet, quod puluis simus omẽs nos.

15 Homuncio miserabilis fœno in vita sua similis est, & non aliter, quàm flosculus aliquis ad tempus florebit.

16 Qui vbi vento aliquanto duriore attactus

16 *Protinus ut uentus austerior in eum*

inuexerit, nullus est, neq; amplius in loco suo inuenitur.

17 *Sed bonitas Domini ab æterno in æternũ seruat cultores suos, & filijs filiorum ipsorũ iustitia sua adest.*

18 *Dummodo custodiunt fœdus eius, & mandatorum eius memores sunt, ut faciant ea.*

19 *Dominus in cœlo firmauit solium suum, & imperio suo uniuersa regit,*

20 *Collaudate Do=*

fuerit, emarcescet, & auelletur à loco suo: nec locus ille magis agnoscet ipsum postea, quàm si nunquàm floruisset ibi.

17 Benignitas autẽ Domini ab æterno fuit, & in æternum durabit erga eos, qui reuerenter colunt illum, & iustitiam eius experientur non solum ipsi qui colũt illum, sed filij ipsorum & filiorum filij.

18 Comitabitur eos iustitia Domini, vt seruẽt pactum initum cum ipso: & sic memores sint mandatorum ipsius, vt opere compleant illa.

16 Dominus in cœlo firmauit solium suum, & poteitas eius regia ad omnia se extendit.

20 Quare cum gratiarum actione laudate illum angeli ipsius, quot=

minum angeli eius,
qui uirtute polle=
tis, ut impleatis iuſ
ſus eius, qui parê=
tis uoci uerbi illius.
21 *Collaudate Do=*
minũ uniuerſi exer
citus eius, miniſtri
eius, & qui facitis
placita illius.
22 *Collaudent Do=*
minum cũcta opera
eius, in omni loco
imperij illius. Col=
lauda Dñm aĩe mi.

PSAL. CIIII.

1 *COllauda Dñm*
aĩe mi, Dñe Deus meus inenarrabiles
ſunt cũ magnitudo tua, tũ laus & decor,

quot militatis ſub ipſo,
qui præditi viribus exe
quimini mãdata ipſius,
& cogitis cuncta obe/
dire voci, & imperio
ipſius.
21 Cum gratiarũ actio/
ne laudate illum, quot/
quot militatis ſub illo
ſatellites illius, qui exe/
quimini quæcunq; fieri
vult ille.
22 Laudate Dominum
vniuerſa opera ipſius,
quæcunq; vſquam eſtis
vllo loco: omnia enim
ſubiecta ſunt imperio
illius: lauda & tu anima
mea Dominum.

CIIII.

1 LAuda aĩa mea Dñm,
Dñe mi Deus, ma/
gnus factus es ſupra mo
dum: & tanquam maie/

Benedic aĩa mea dño, dñe Deus.

quibus amictus es.

2 *Amictus es luce tanquam indumento. Tu explicas cœlos instar cortinæ.*

3 *Tu cõtabulas in aquis fornices tuos, nubes in currum tuum aptas, & alis uentorũ aurigaris.*

4 *Tu facis uentos nuncios tuos, & flammas ignis clientes tuos.*

5 *Tu iecisti terræ fundamenta sup bases eius, ut in perpetuum & si quid ultrà est, non moueatur.*

6 *Tu lates in abysso tanq̃ in ueste, supra*

ſtate & gloria indutus exornatus es vndiq;.

2 Induit lumen tanquã veſtimentum, extendit cœlum tanquam tentorium.

3 Qui tegit aquis ſupremas partes illi⁹, qui vtitur nubibus pro vehiculo, volat velocius quàm ſi alas haberet ex vento.

4 Cuius iuſſu nũc huc, nunc illuc ſtant venti, & tanquã miniſtri obſequuntur Domino ſuo, nec aliter quàm miniſtri quocunque ille voluerit, pergũt ignita fulgura.

5 Fundauit ſuper baſes ſuas terram, quare non mouebitur loco vnquã vllo tempore.

6 Profundiſsimis aquis

montes cùm aſcen=
dunt aquæ.
7 *Ab increpatione*
tua fugiunt, à uoce
tonitrui tui præci=
pites feruntur.
8 *Tum ſurgunt*
montes, deſcendunt
ualles ad locum
iſtum, quem firma=
ſti eis.
9 *Terminũ conſti=*
tuiſti aquis, ut non
tranſgrediãtur, ne=
que redeant ad ope
riendum terram.
10 *Tu promanas*
fontes in uallibus,
qui inter medios montes incedunt.

ueluti veſtimẽto coope-
ruit eam: ſupra montes,
ſi iuſſerit ille, ſtabunt
aquæ.
7 Si increpaueris eas,
ſentient iram tuã, & fu
gient quocũq; volueris,
& attonitæ propter vo
cem, quæ tonitru ſimi-
lis eſt, feſtinabunt.
8 In altum extollent
ſeſe montes, & ſubſi-
dent valles: vnumquod-
que eo ſe continebit lo-
co, quem tu deſignaue-
ris illi.
9 Terminnm ſtatuiſti
aquis, quẽ non tranſgre
dientur, nec vnquã ſine
iuſſu tuo tentabunt co-
operire terram.
10 Qui deducit fon-
tes in fluuios, qui de-
inde inter altiſsimos
montes defluent rapi-
diſsimè.

11 *Vt potentur omnes bestiæ tuæ quæ in agro sunt, ut onagri frangant sitim suam.*

12 *Supra montes autē uolucres cœli habitent, ac de medio frondium dent uocem.*

13 *Tu irrigas montes è supernis tuis, opera tua tellus annona impletur.*

14 *Germinas fœnū iumentis, & olera ut homini seruiant.*

15 *Producis è terra quum panē, ut uires hominis reficiat: tum*

11 Potabunt ex eis omnis generis animalia quæ in agris degūt, sedabunt onagri sitim suam ex illis.

12 Supra fluuios ipsos, aues quæ in aëre volitant, nidulabuntur, ex medijs arborum ramis cantillabunt.

13 Humectat montes ex nubibus, quas in aëre velut editissimo loco suspendit: ex abundantia frugum, quæ opera tua prouenient, saturabuntur, quæcunque degunt in terra.

14 Prouenire facit sua spōte fœnū in vsum brutorū animātiū, & ad culturam hominis, reliquā segetē, vt accipiat cibū sibi, quē terra ꝑduxit.

15 Prouenire facit & vinum, quod exhilaret

uinū quoq; , ut humanum cor lætificet: tum oleum, ut uultus exporrigat.

16 *Te Domino arbores saginantur, & Cedri Libani, quas plantauisti.*

17 *Vt uolucres istic nidulentur, ciconiæ domicilium abies præbeat.*

18 *Vt montes editi damis, petræ uerò sint asylū cuniculis.*

19 *Lunā fecisti ad constitutū suū, sol nouit occasum suū.*

20 *Fecisti & tene=*

cor hominis varijs miserijs obnoxij, oleum præterea, quò hilarior reddatur vultus illius, & panem, qui cor hominis confirmet.

16 Humoris summa copia suppeditabitur arboribus maximis: & cedris quæ proueniunt in Libano tam altè, vt ipse videri posit plantasse illas.

17 In quibus nidulātur passeres, ciconia nidum suum ponit in abiete.

18 Montibus excelsis gaudent cerui: ad rupes confugiunt erinacij.

19 Fecit lunā certis modis, & temporibus mutabilem: sol nouit tempus occasus sui, absq; tali, qua luna mutatur, variatione.

20 Post solis occasum induces tu Domine tenebras, & sequetur nox, in

bras, è quibus nox est. in qua prorepunt omnes bestiæ nemorum.

21 *Leunculi quoq; rugientes ad prædam, ut quærant cibũ à Deo sibi destinatum.*

22 *At orto sole, sese proripiũt, & in cubilia sua recubant.*

23 *Tum uerò prodit homo ad opus suũ, & ad agriculturam suam usq; ad uesperam.*

ea proferent sese animalia, quæ per diem in syluis hominum causa latuerant.

21 Catuli leonum rugientes ad prædam sese tum accingent, vt impetrent ab omnipotenti Deo cibum, quo indiget natura illorum.

22 Iterum exorietur sol, & rursum recipient se turmatim in antra sua, vt cubent per diem.

23 Cubantibus illis, homines qui per noctem quieuerant, egredientur ad perficiẽda opera sua, & ad culturam agrorum suorum vsque ad vesperam.

24 Quàm eleganti sunt varietate distincta opera tua Domine, nihil

24 *Quanta sunt opera tua Domine, quæ tu omnia sapienter fecisti: plena est*

terra rebus tuis.
25 *Acquè pelagus magnũ & ſpatioſum quaq; uerſum, in quo reptilia numero carentia: belluæ quoq; & mediocres & inuſitatæ magnitudinis.*
26 *Vbi & naues tranſeunt, & leuiathan ille, quem in hoc finxiſti, ut in eo ludat.*
27 *Cuncta iſta ad te ſuſpiciunt, ut des illis cibum ſuum in tempore ſuo.*
28 *Dante te illis, capiunt: adperiente te*

non ſumma ſapientia cõdidiſti, plena eſt terra varijs poſſeſsionibus tuis.
25 Et hoc ingens mare, cuius littora tanto à ſe mutuo diſtant ſpatio, innumerabilem habet piſcium & aliorum, quæ degunt in eo, multitudinem.
26 Per ipſum tranſeunt naues, & ipſi ceto eas vires tribuiſti, vt ridere audeat, & contemnere reliqua, quæ degũt in mari omnia.
27 Hæc omnia expectãt te, vt tu des illis cibum naturę cuiuſque illorum conuenientem, idq; tempore opportuno.
28 Vbi tu illis ſuppeditaueris, colligent: vbi manum tuam aperueris, ad ſaturitatem

manũ tuam, bonis saturantur.

29 *Te uerò uultum tuũ abscõdente, turbantur: te spiritum eorũ tollente, exanimãtur, & in puluerẽ suum redeunt.*

30 *Et contrà, quum spiritum tuum mittis, recreantur, & renouas faciem terræ.*

31 *Regnet diuina maiestas in perpetuum, & lætetur Dñs in opibus suis.*

32 *A' cuius aspectu terra contremiscit:*

usque implebuntur cibo pro natura vniuscuiusq; optimo.

29 Si verò iratus auerteris faciem tuam ab eis, continuò turbabuntur: & si spiraculo illo vitæ, quod insufflasti, spoliaueris ea, interibunt, & in terram, vnde sumpta fuerant, resoluentur.

30 Iterum insufflabis spiritum tuum in eandem terram, & creabuntur alia in locum illorum, quæ interierunt, & innouabis superficiem terræ.

31 Durabit autem maiestas Domini perpetuò, oblectabit se Dominus hac operum suorum varietate.

32 Illius maiestas erit perpetua, qui vbi terram ipsam vel semel aspexerit, continuò contra

quum montes attin
git, fumant.
33 *Cantabo Domi-*
no quoad uiuã, & quoad fuero, Deo meo psallam.
34 *Iucunda sit corã ipso oratio mea, ego enim in Domino lætor.*
35 *Cõsumantur peccatores è terra, & impij non sint ultrà: tu uerò anime mi collauda Dominum.* אללויח

miscet: & si vel leuiter montes attigerit, præ metu fumabunt.
33 Quare Dominũ cantabo per omnem vitam meam, psalmis celebrabo Deum, quoad vixero.
34 Grata sit illi cantio mea, vt gaudere liceat mihi, quòd habeã propitium Dominum.
35 Extirpabuntur scelerati ex ipsa terra, & impij, quoad nullus sit reliquus: tu verò lauda Dominum ô anima mea. Halleluia.

C V.

1 CElebrate Dñm, inuocate nomẽ illi⁹, facite sciât exteræ nationes admiranda stratage

Confitemini domino, & inuocate nomen.

PSALMVS CV.

1 GRatias agite Domino: celebrate nomen eius, & in populis consilia

illius prædicate.

2 *Canite illi, psalli te illi, differite sup egregiè gestis eius.*

3 *Collaudate sanctum nomen eius: lætetur cor quærentium Dominũ.*

4 *Quærite dñm, & nc cessetis: quærite uultũ eius sine intermißione.*

5 *Mementote ingentium factorum eius, miraculorum quæ fecit, & iudiciorũ quæ ore suo pronunciauit.*

6 *O semẽ Abrahã*

mata illius.

2 Cantate illum voce, psallite in honorem illius musicis instrumentis, enarrate hæc tam varia & admiratione digna opera illius.

3 Gratulamini vobis propter augustissimum illud nomen Domini, cuius tam insigniter numen experti estis: gaudeant corda sanctorum Domini, qui placere student illi.

4 Quærite Dominum, & robur imperrate ab illo: studete comparare vobis fauorem illius assiduè.

5 In memoria habete, q̃ mirabilium operum autor fuerit, & quàm stupenda designauerit, quãq; æqua sint omnia, quæ locutus est ore suo vnquam.

6 Posteri Abraham

ferui eius, ò filij Ia=
acob electi eius.
7 *Ille est Dñs Deus*
noster, cuius exem=
pla per uniuersum
orbem nota sunt.
8 *Memor est in per=*
petuũ fœderis sui,
& pmißionis, quã
nunciauit ad infini=
tas generationes.
9 *Fœderis quod pe*
pigit cũ Abraham,
& iurisiurãdi cum
Isaac.
10 *Quod lege cõsti*
tuit cum Iaacob, &

cultores illius, filij Ia-
cob electi sunt ab illo.
7 Ille est Dñs Deus no-
ster, qui iudicandi pote-
statẽ habet per vniuer-
sam terram.
8 Meminit pacti sui, nec
obliuiscet̃ eius vnquã:
quicquid enim promi-
sit, constantissimè ser-
uabit: etiam si mille sibi
mutuò generationes suc
cedant.
9 Memor erit eius fœde
ris, quod percussit cum
Abraham, & iuramen-
ti, quo ipse se astrinxit
Isaac.
10 Et quia firmũ id esse
voluit, certa veluti le-
ge obligauit se Iacob,
& Israëli perpetuo fœ-
dere astrinxit se.
11 Tibi, inquiens, dabo
terram Canaam, vt eam

cum Israële fœdere sempiterno:
11 *Dicens: Tibi dabo terram Chanaam,*

ut sit sors hæredita
tis uestræ.
12 *Quum essent nu*
mero pauci, & ad=
uenæ in ea.
13 *Quum profici=*
scerentur ex gente
in gentem, de re=
gno uno ad popu=
lum alterum.
14 *Nō permittebat*
eis quenquam noce
re, sed corripiebat
ppter ipsos reges.
15 *Nolite, inquiēs,*
attrectare christos
meos, & prophetis
meis nolite quicquam mali facere.
26 *Deinde, cùm famem in orbem accer=*

possideas veluti hære
ditario iure, & tanquam
patrimonij tui portio
nem.
12 Quamuis numero
essent paucissimi, imò
propemodum nulli, &
in terra illa peregrini.
13 Et proficiscerentur
peregrinorum more ex
vna natione in aliam,
ex vno regno ad popu
lum alterius regni, mo
rum ab alterò longè di
uersorum.
14 Nunq̃ tamē permi
sit, vt quisquam homi
num vim faceret illis:
quin potius corripuit il
lorum causa reges.
15 Ne attigeritis in
quiens christos meos, &
in prophetas meos vide
te ne sitis iniurij.
16 Et quum aduocasset

fuisset, & confregisset panis uniuersam uim.

17 *Mittebat ante eos hominē, qui in seruum erat uenundatus, Iosephum.*

18 *Cuius pedes pedicis adfligebant, ferrum penetrabat mētem eius.*

19 *Cōsilio Domini probabatur, usque dum tempus, quod ille cōstituerat, ueniret.*

20 *Tum mittebat rex, & solui iubebat eum: princeps*

famem in terram illam, in qua peregrinabātur, & omne illud, quod ad panem cōficiendum conducere solet, perdidisset.

17 Tum præmisit ante eos virum, seruituti mācipatus fuit Ioseph, & vēditus ab eisdem illis, in quorū gratiam à Domino præmittebatur.

18 Constrinxerūt compede pedem eius, ferro afflicta fuit vita illius.

19 Vsque ad tempus, quo id euenit, quod decretum illi à Deo fuerat, sermo videlicet ille, quem suggessit illi Dominus, qui & liberauit illum, & à squallore carceris purgatum reddidit illum.

20 Misit rex, & solui iussit illum: is qui imperium habebat in populos plurimos, rationem

populorum liberari mãdabat eum.

21 *Dominũ cõstituebat eũ domus suæ, & herum omnium rerum suarum.*

22 *Vt erudiret principes eius pro suo magisterio, & senatores eius prudẽtia imbueret.*

23 *Tandẽ & Israël in Aegyptũ uenit, & Iaacob aduena fuit in terra Ham.*

24 *Et sobolescere faciebat populum suum: adeò, ut iam superior fieret aduersarijs suis.*

habuit illius, qui in carcerem cõiectus fuerat & liberari iussit eum, solutis, quibus detinebatur, vinculis ferreis.

21 Statuit illum Dominum regiæ domus suæ, & imperium dedit illi in omnia, quæ possidebat ipse.

22 Liberũ fecit illi etiã principes regni conijcere in vincula, & multo seniores sapiẽtiã discere voluit ab illo, & cedere in omnibus illi.

23 Et ingressus est in Aegyptum Israël, & Iacob peregrinus fuit in terra Cham.

24 Et auxit ibi Dominus populum suũ vehementer, multitudine & viribus fortiorem fecit ijs qui seruitute premebant illum.

25 *Mutato deide cor de Aegyptij odio persequebātur populū eius: & seruis eius insidiabantur.*

26 *Mittebat ergo Mosen seruū suum, & Aharonem electum suum.*

27 *Potestatē signorum suorum dabat eis, ac miraculorum in terra Ham perficiendorum.*

28 *Mittebat tenebras, & atra nocte implebat omnia, non enim detrectabant iussum eius.*

29 *Vertebat aquas eorum in sanguinem, & pisces eorum occidebat.*

25 Immutauit animos illorum, vt odio prosequerentur populū suū, & dolos meditarentur aduersus seruos suos.

26 Quare misit Mosen seruū suū, Aarō ipsum, quem elegit.

27 Hi ediderunt inter illos, præscriptis ab ipso verbis, signa, quæ iusserat ipse, & portenta in terra Cham.

28 Immisit tenebras, & caligine inuoluit omnia: bona enim fide executi sunt absq; vlla rebellione, quicquid ab ipso Deo iniunctum fuerat illis.

29 Mutauit aquas eorū

30 *Scaturiebat tel=
lus eorum ranas,
imò regũ quoq; pe=
netralia.*

31 *Iudebat, & pro
dibant omnis gene=
ris muſcæ, & cyno
myiæ in cunctis ſi=
nibus eorum.*

32 *Dabat eis pro
imbre grandinem,
& ignis ſlammas in
terram ipſorum.*

33 *Quibus percu=
tiebat uites & ſi=
cus eorum, & ar=
bores per ſines eorum corrumpebat.*

34 *Iubebat, & aderant locuſtæ ac bruchi
ſupra numerum.*

in ſanguinem & occidit
piſces illorum.

30 Produxit terra illo-
rum ranas, in ipſis pene-
tralibus regum illorum.

31 Iuſsit, & ſubitò pro-
dijt omnis generis maxi-
ma muſcarum copia, &
cyniphes extiterunt de
improuiſo in vniuerſis
terminis regni illorum.

32 Immiſit illis pro plu-
uia grandinem, ignem
flammą vndiq; coru-
ſcantem in terram illo-
rum.

33 Et percuſsit vineam
& ficum illorum, & cõ-
fregit quicquid fuit vſ-
quam arborum in fini-
bus illorum.

34 Iuſsit, & continuò
extitit locuſtarũ maxi-

35 *Et exedebant o=*
mne, quod uiresce=
ret in terra ipsorũ,
omnẽ fructum tellu
ris ipsorum.
36 *Percutiebat &*
omne primogenitũ
in terra ipsorũ, &
prima quæq; de re=
bus eorum.
37 *Deinde educe=*
bat eos cum argẽto
& auro, nec erat
in cunctis tribubus
eorum languidus.
38 *Lætabatur Aegy*
ptus de profectione
eorũ, inciderat enim pauor ipsorũ in eos.
39 *Hic extendebat Dñs nubẽ, ut esset ope=*

ma copia, & brucho-
rum innumerabilis mul
titudo.
35 Hæc vastauerũt qc-
quid virebat vsquam in
terris illorum, & vora-
uerunt fructum omnem,
quem terra producere
cœperat illis.
36 Percussit præterea
omne primogenitum in
terris illorum, præcipua
omnium laborum, pro-
pter quæ in agris colen-
dis sudauerant.
37 Verum eduxit illinc
suos onustos argento &
auro, nec erat in tribu-
bus illorum quisquam
infirmus.
38 Gaudebat Aegyptus
in abitu illorũ, propter-
eà quòd vehemẽter me-
tuebat sibi ab illis.
39 Expandit nubẽ quæ

rimentũ, & ignem, qui noctu luceret.

40 *Quum peterẽt, ingruebant coturnices, & pane cœlitus demisso saturabat eos.*

41 *Adperiebat petrã, & profluebant aquæ, ut iam in arido loco inueherent flumina.*

42 Hæc autem omnia ista causa, *quòd memor esset sacrosanctæ promißiõis suæ quam Abraham seruo suo fecerat.*

43 *Eduxit ergo populum suum cum lætitia: & electos suos cum exultatione.*

esset illis instar vmbraculi per diem: & ignem incendit, qui lumine suo pelleret tenebras per noctem.

40 Postulauerũt, & induxit coturnicum maximam vim: & pane, contra naturam in aëre nato, ad saturitatem vsq; impleuit illos.

41 Aperuit arentem petram, & maxima copia effluxerunt aquæ, & labebantur instar fluminum per loca arentia.

42 Memor enim fuit eius, quod promiserat per sanctitatem suam Abrahæ seruo suo.

43 Quare eduxit populum suum cum gaudio, & cum exultatione

44 *Et tradidit eis prouincias gentiũ, & quæ populi labore suo coluissent, possederunt.*

45 *Vt seruarẽt iusta eius, & legem ipsius custodirent.*

חללויה

electos suos.

44 Et dedit illis terram gentium, & labores populorum ipsi possederunt.

45 Nec aliud pro omnibus his ab illis requirebat, quàm vt parêrent statutis ipsius, & legem ab ipso latam non violarent, Halleluia.

PSAL. CVI.

1 *GRatias agite Dño, quoniã in perpetuum benignus & mitis est.*

2 *Quis dignè disserat de fortibus factis eius, & prædicet oẽm laudẽ eius?*

3 *O beatos qui ser*

CVI.

1 CElebrate Dominũ, quia benign⁹ est, nec vllo tempore finẽ capiet misericordia illius. Confitemini domino qm̃ bonus.

2 Quis eloqui poterit potentiam Domini, aut commemorare alijs, quàm verè sit omnimoda laude dignissimus?

3 Felices sunt illi, qui seruant æquitatem à Deo præscriptam: &

uata æquitate, qđ iustum est faciunt omni tempore.

4 *Memento nostri Domine per gratiã, qua prosequeris populum tuum, & uisita nos cũ salute tua.*

5 *Vt bonitatem tuam uideant electi tui, ut gentes tuæ lætentur, & plaudat populus tuus ille peculiaris.*

6 *Deliquimus cũ patribus nostris, peccauimus ac scelerate egimus.*

7 *Patres nostri mox in Aegypto non*

quisquis ex eo præscripto iustitiæ facit, quæ facit omni tempore.

4 Recordare quæso mei Domine cum eo fauore, quo prosequi soles populum tuum: inuise me, & diuinæ salutis tuæ participem fac me.

5 Vt videam & fruiscat bono, quo hi fruuntur, quos elegisti tibi, vt gaudeam quomodo gentes, quæ charæ sunt tibi, gaudere solent: vt oblectem me vnà cũ populo, quem tibi veluti hæreditario iure cóquisiuisti.

6 Peccauimus & nos omnes, & patres nostri, multa iniquè gessimus, nec ab ipsa impietate abstinuimus.

7 Patres nostri in Ae-

ponderabant mirifi
ca gesta tua, nõ re=
putabant in aĩo ma
gnitudinẽ bonitatis
tuæ, sed rebellabãt
ad mare rubrum.
8 *Dominus autem*
saluabat eos pro=
pter nomen suum,
ut cõmendaret for=
titudinem suam.
9 *Protinus enim*
obiurgatũ mare ru
brum marescebat,
ille autem traduce
bat eos per abys=
sum tanquam per
desertum.
10 *Et liberabat eos de manu osorum, &*

gypto non prudẽter ex-
penderunt illa stupẽda,
quæ pro illis designaue-
ras ipse: non diu memo-
res fuerunt omnimodæ,
quam toties experti fue-
rant, clementiæ tuæ, sed
rebellauerũt potius iu-
xta mare, & in ipso ma-
ri rubro.
8 Ipse tamen seruauit
eos habita magis ratio-
ne augustissimi nominis
sui, quàm eorum, qui sa
lute indigni erant, vt do
ceret re ipsa omnipoten
tiam suam.
9 Comminatus est ma-
ri rubro, & continuò
exaruit: & perduxit
eos per profundissimas
aquas tanquam per de-
sertum.
10 Et liberauit eos à ty-
rãnide eius, qui illos o-
dio habebat, & redemit

de hostili manu ad=
ferebat.

11 *Aquæ uerò ho=*
stes eorum obrue=
bant, ut ne unus fie=
ret reliquus.

12 *Tum quidē ha=*
bebāt fidem uerbis
eius, & canebant
gloriam illius.

13 *Sed subitò obliti*
erant operum eius,
neque expectabant
eius consilia.

14 *Et procaci cōcupi*
scētia offendebāt in
deserto, & in solitudine Deum irritabāt.

15 *Ille uerò dabat eis desideriū eorum, &*
ablegabat penuriam, cuius illos tantopere

eos à violentia inimici.

11 Et cooperuerūt aquæ hostes illorū, vt ne vnus quidem ex omnibus reliquus fuerit.

12 Tunc quidem credebant verbis illius, & cantabant laudes illius.

13 Verùm non diu perstiterunt in fide, sed paulòpòst mutati sunt, & in obliuionem venerunt ipsi opera illius, non expectauerunt consilium illius.

14 Cōcupiscentia exarserunt in deserto, & periculū facere conati sunt, an verè potēs Deus esset in ipsa solitudine.

15 Ipse certè tribuit illis, quod petiuerant, sed magno ipsorum malo:

pertæſum erat.

16 *Tū Moſen quoque in caſtris æmulabātur, & Aharonē ſanctū Domini.*

17 *Sed hians tellus deglutiebat Dathā, & eccleſiā Abiram operiebat.*

18 *Incēſò prius igne in cœtu eorum, & impiorū magna parte flamma exuſtis.*

19 *Fecerāt & uitulū in Horeb, & adorauerant ſculptile.*

morte enim mulctauit gulam illorum.

16 Et exacerbauerunt Moſen in caſtris, ipſum Aaron cõſecratũ Dño.

17 Aperta eſt terra & abſorpſit Datan, & cooperuit eos, qui conſpirauerant cum Abiran.

18 Subitò exarſit ignis in cœtu illorum, flamma exuſsit impios.

19 Fecerũt ſibi vitulũ in Horeb, & proſtrauerũt ſe ſupplices ante ſtatuã, quam ipſi conflauerant.

20 Et mutauerunt diuinam maieſtatẽ, quæ gloria illorum fuerat, in ſimulachrum bouis victitantis fœno.

21 Obliti ſunt Dei, qui ſeruator ipſorum erat,

20 *Et prodiderant gloriam ſuam imagine uituli fœnum comedentis.*

21 *Obliti Dei ſaluatoris ſui, qui magni-*

*fica in Aegypto fe-
cerat.*

22 *Admirãda in ter
ra Ham, formidabi
lia in mari rubro.*

23 *Statuebat ergo
Dominus perdere
illos, ni Moses ele-
ctus eius in ipso p-
cinctu obstitisset in
conspectu eius, &
sustinuisset furorẽ
eius, quo minus per
deret ipsos.*

24 *Quin & cupitã
terram aliquando
aspernabantur, ita
ut non crederent uerbis eius.*

25 *Sed tumultuarẽtur in tabernaculis suis,*

& qui designauit magna
in gratiam ipsorũ inter
Aegyptios.

22 Stupenda in terra
Cham, admiratione di-
gnissima iuxta mare ru-
brum.

23 Quare dixerat se fun
ditus subuersurum eos,
& fecisset, ni Moses
vir illi charissimus ob-
stitisset in media vasta-
tione, et placasset iram
illius, fecissetq́;, ne per-
deret illos.

24 Nihil his omnibus
facti meliores, spreue-
runt terram desiderabi-
lem: nec enim credide-
runt verbis illius, qui-
bus promiserat daturũ
se illam.

25 Murmurauerunt enĩ
in tentorijs suis, nec
obedierunt præcepto

neq; morẽ gererent
imperio Domini.
26 *Stringebat igi=*
tur manum suam in
eos, ut sterneret eos
in deserto.
27 *Vt dißiparet se=*
men eorum in gen=
tes, & in nationes
dispergeret eos.
28 *Quin & Baal=*
peor initiabantur,
& edebant sacrifi=
cia mortuis oblata.
29 *Et cœptis suis of=*
fendebant: irruebat
ergo in eos pestis.
30 *At Pinhas protinus uindex aderat, &*
pestis remittebat.

Domini.
26 Quare tanquam gra
uiter percussurus extule
rat in altum manus suas
contra illos, vt proster,
neret illos in deserto.
27 Vt & posteros illo,
rum corruere faceret in,
ter impias gentes, & di,
spergeret eos per regio,
nes varias.
28 Et subdiderunt sese
iugo Baal Phegor, &
comederunt sacrificia
oblata in venerationem
mortuorũ & nihili deo,
rum.
29 Quibus rebus ad irã
prouocauerunt eum, &
sæuijt in illos pestis.
30 Extitit autem Phi,
nees, & suppliciũ sum,
psit de transgressoribus,
& pestis cessauit conti,
nuò.

31 *Id quod ei ad iu stitiam imputatum est apud posteros usq; in perpetuum.*

32 *Exasperauerũt ad fontes iurgij quoq;, id quod Mosen pessimè habebat ꝑpter ipsos.*

33 *Quoniam spiritum* Dei *exasperauerãt, ut labijs suis effaretur.*

34 *Non extirpaturos gẽtes, quas Dñs eis promiserat.*

35 *Commixti ergo inter gentes didicerunt opera eorum.*

36 *Et coluerunt simulachra ipsorum, id*

31 Et reputatum est hoc illi ad iustitiam, in generationem & generationem vsque in perpetuum.

32 Iterum irritauerunt eum iuxta aquas cõtentionis, vbi & malè affectus fuit Moses ipse propter illos.

33 Vexauerãt enim animum illius, & vacillauit nonnihil labijs suis.

34 Nec perdere igitur potuerunt populos, de quib⁹ locutus fuerat Dominus ad ipsos.

35 Sed ipsi potius dispersi sunt, & captiui abducti à vicinarum regionum populis, vbi & viuere didicerunt secundum improbos mores illorum.

36 Coluerũt enim scul

quod eos ad casum traxit.

37 *Vt tā filios suos quàm filias dæmonibus mactarent.*

38 *Vt innoxium filiorum suorum, & filiarum sanguinem funderent, quos simulachris Chananæorum offerebāt, & terra sanguine pollueretur.*

39 *Ipsi quoque operibus suis prophanarentur, & consilijs ac cœptis suis scortarentur.*

ptilia illorum, quæ res eis sępe cessit malè, & fuit absurdorū eis causa malorum.

37 Eò enim dementiæ eiusmodi disciplinis ꝑuenerunt, vt filios suos & filias cacodæmonibus obtulerint crudelissimis.

38 Et effuderint sanguinem innoxium filiorum suorū & filiarum, quos mactauerāt ante statuas Canaam, & polluerunt ipsam terrā, quę execrata eam abominationē, veluti inuita sanguinem illorū insontū suscepit.

39 Et abominabiles facti sunt propter scelerata opera sua, & idololatræ studijs suis.

40 Quare excāduit vehementer Dominus in populum suum, & ab

40 *Incendebatur itaque Dominus ira in*

populum ſuum, & abominabatur hæreditatem ſuam.

41 *Tradebat eos in poteſtatem gentiũ, & qui odio habebant eos, imperabant eis.*

42 *Opprimebãt eos hoſtes ipſorum, & ſub manus eorum ſubdebantur.*

43 *Sæpenumero liberabat eos, ipſi autẽ ſæpenumero conſilijs ſuis rebellabãt, propter ſcelera igitur ſua opprimebãtur.*

44 *Perſpecta uerò anguſtia eorũ, & querimonijs ipſorum auditis.*

ominatus eſt hæreditatem ſuam.

41 Et tradidit eos diripiendos gẽtibus, Domini facti ſunt eorum, qui capitali odio ſemp proſecuti fuerant eos.

42 Et grauiſsimè afflixerũt eos inimici eorũ, et miſeri facti ſunt tyrãnide illorum.

43 Sępiſsimè numero liberauit eos: verum ipſi ſemper ſibi ſimiles perrexerunt eſſe rebelles. & ſna potius quàm diuina conſilia ſequi: quare miſerrimi facti ſunt propter ſcelera ſua.

44 Attamen reſpexit, quam peſsimè eſſet eis, & quum audiret eiulatus eorum.

45 *Memor fuit erga eos fœderis sui, ac pertæsum est eũ ipsorum pro magnitudine bonitatis suæ.*

46 *Gratiam dedit eis coram omnibus, qui ceperant eos.*

47 *Saluos fac nos Domine Deus noster, & collige nos ex gentibus, ut laudemus nomen tuum sanctum, & gloriã tuam celebremus.*

45 In memoriam reuocauit fœdus, quod percusserat cũ eis, pro inexhausta misericordia sua. pœnitentia ductus est.

46 Et effecit, vt gratiosiores essent apud illos, qui captiuos abduxerant eos.

47 Saluos fac nos Domine Deus noster, & colligc nos ex varijs illis nationibus, per quas dispersi sumus, vt laudare sine impedimento possimus augustissimũ nomen tuum, & occupati in veneratione tui, laudibus te, vti æquum est, efferre.

48 Omni laude maior Dominus Deus Israël, ab æterno & vsq; in perpetuum: itaq; dicat

48 *Beatus Dominus Deus Israël ab æterno usque in sempiternum. Et dicat*

uniuerſus populus, Amen. חללו יה

PSAL. CVII.

1 Confite mini do- mĩo qm̃ bon.

GRatias agite Domino, quoniã in perpetuũ benignus & mitis eſt.

2 *Agant gratias redempti Domini, quos de hoſtili manu redemit.*

3 *Ac de nationibus collegit, ab Ortu, & Occaſu, ab Aquilone & Auſtro.*

4 *Cùm errarent in deſerto, in uia non trita, neq; urbem ſedi ſuæ inueniſſent.*

5 *Famelici & ſitibundi, ut anima eos*

omnis populus, Amen. Halleluia.

CVII.

1 LAudate dominum quòd benignus ſit, nec vllo ſeculo non clementiſsimus.

2 Fateantur hoc, quos ſæpe redemit Dominus, quos liberauit à tyrannide opprimentium eos.

3 Quos è varijs regionibus in vnum collegit, ab Oriente, Occidente, Aquilone, & Auſtro.

4 Qui antea errauerant per loca deſerta & inuia: nec viam, quæ duceret ad ciuitatem, qua recipi poſſent, inueniebant.

5 Qui famẽ patiebãtur

deficeret.
6 Clamauerant e=
nim ad Dñm cùm
in angustia essent,
& de necessitati=
bus eorum libera=
uit eos.
7 Et reduxit eos in
uiam rectam, ut ue
nirent ad urbẽ, quã
habitarent.
8 Canant bonitatẽ
Domini, & magni
fica opera eius filijs
hominum.
9 Ipse enim saturat
animam inanem, &
animam esuribundam bonis implet.
10 Cùm enim sederent in tenebris mortalis

& sitim, quorum anima
intra ipsos mœrore affe
cta cruciabatur.
6 Clamauerunt ad Do-
minum, quum ægrè es-
set illis: ipse verò ex ma
lis omnibus liberauit
illos.
7 Et ostendit illis viam
rectam, qua ire possent
ad ciuitatem cõmodis-
simè habitabilem.
8 Celebrent Dominum
cum gratiarum actione
cuncti, ob insignem mi
sericordiam illius, & mi
rabilia opera, quæ desi-
gnauit in gratiam poste-
rorum Adæ.
9 Cibum suppeditauit
ad saturitatem vsq; la-
borantibus fame, & ani
mam famelicã impleuit
bono, quo indigebat.
10 Quum sederem in

umbræ, uincti & adflicti essent ferro

11 *Propterea quòd repudiassent mandata* Dei, *& consilium altißimi irritauissent.*

12 *Quũ laboribus cor eorũ humiliasset, dũ iacêrẽt, et nemo opitularetur.*

13 *Clamauerũt ad Dñm, cum in angustia essent, & de necessitatibus eorũ liberauit eos.*

14 *Eduxit eos è tenebris mortalis umbræ, & uincula eorum dirupit.*

tenebris & horrore mortis, calamitosi & vincti ferro.

11 Propterea ꝙ deseruissent admonitiones Dei salutares, & consilia eius, qui est supra omnia, contempsissent.

12 Afflixit quidem molestissimis curis animas illorum: corruerũt ẽm, nec fuit quisquam, qui eis aut posset, aut succurrere vellet.

13 Verùm quũ iterũ clamarẽt implorãtes auxiliũ Dñi, quãtũuis res eorum pessimo essent loco: ipse tamen è malis omnibus quibus in angustias extremas redacti fuerant, liberauit eos.

14 Eduxit eos è tenebris, & horrenda, quæ mortem ipsam minitabatur, caligine, & vincu

15 *Canant bonitatē*
Domini, & magni
fica opera eius fi=
lijs hominum.
16 *Ipse enim cōmi=*
nuit portas æneas,
& uectes ferreos
confregit.
17 *Cū enim impru=*
dentes in transuer=
sum abijssent, &
propter scelera sua
adfligerentur.
18 *Cum omnem ci=*
bū abhorreret ad=
petitus eorum, &
iam ad orci portas adpeterent.
19 *Clamabant ad Dominum, cùm in angu=*
stia essent, & de necessitatibus eorum

la, quibus vincti fuerāt,
rupit.
15 Quare confiteantur
Dominū esse misericor-
dissimum propter hæc
& alia innumera, quæ in
gratiam posterorū Adæ
designauit admiratione
dignissima.
16 Qui fregit portas
æreas, & vectes ferreos
comminuit.
17 Ipsos tamen in stul-
titia persistere fecit pec-
candi libido, quare pro-
pter iniquitates suas af-
fligebantur.
18 Omnē cibum abomi
nata est anima illorum,
& appropinquauerunt
vsq; ad ianuas mortis.
19 Verùm quum iterum
clamarēt ad Dominum

liberauit eos.
20 *Misit iustũ suũ, & sanauit eos, & liberauit ab interitu eorum.*
21 *Canant bonitatem Domini, & magnifica opera eius filijs hominum.*
22 *Et sacrificẽt sacrificia gratiarum actionis, & prædicent opera eius cũ exultatione.*
23 *Qui mare nauibus conscendunt, quiq; negocia in pelago expediunt.*
24 *His nota sunt*

afflicti grauissimè, ipse eos eripuit ex malis eorum omnibus.
20 Immisit verbũ illud salutare suum, quo sanatos esse voluit eos: & liberauit eos ab omnibus, quibus grauissimè premebantur, malis.
21 Quare agnoscant Domini immensam clementiam, & opera stupenda: quæ fecit in gratiam posterorum Adæ.
22 Offerant tibi sacrificia grati animi, quibus agnoscant beneficia tua Domine: & cõmemorent apud alios opera tua libenter & palàm.
23 Qui mare ingrediuntur nauibus, & negociantur in aquis illis vastissimis.
24 Illi reipsa didicerũt,

opera Domini, & mirifica facta, quæ in abysso gerit.

25 *Illo enim iubente, surgit uēti procella, atque fluctus suos attollit.*

25 *Iam ad celū eleuantur, iā in abyssum descendūt, quo malo animus eorū adfligitur.*

27 *Nutāt & uacillant uelut ebrius, & omnis sapientia eorum cessat.*

28 *Sed quū ad Dominum clamant, in angustia cōstituti,*

qualia sint opera Domini, & quàm admiratione digna, quæ fiunt ab ipso in profundo mari.

25 Quoties enim libitum fuerit illi, excitat vento tempestatem maximam, & extollit fluctus illos maris vastissimi.

26 Quibus subleuati vectores vnà cum nauibus ascendere in cœlum vsque videntur, & iterum veluti in barathrū præcipitari, quorum animi soluuntur præ metu.

27 Raptabuntur nunc huc, nunc illuc, & mutabuntur non aliter, q̃ ebrius: & quantumuis alioqui variarum rerum periti & sapientes fuerint, ibi sapientia destituet eos.

28 Nec reliqua illis in

liberat eos de necessitatibus eorum.

29 *Sedat turbinē, & infert trāquillitatem, posteaq̄ fluctus compescuit.*

30 *Tum uerò lætantur ob redditā quietem, deinde ad optatum portum quoque deducit.*

31 *Canāt bonitatē Domini, & magnifica opera eius filijs hominum.*

32 *Vehant illum, in concione populi, & in senatorum concessu laudent eum.*

vllo alio spes erit, q̄ in solo Domino, ad quem in periculis constituti si clamauerint, ipse ex angustijs in locum spatiosum educet eos.

29 Continuò enim cessabit tempestas, sequetur serenitas, & subsident fluctus illi maris.

30 Et meritò gaudebūt quòd subsederint, deducet verò eos Dominus rectà in eam regionem, quam ipsi nauibus petebant.

31 Quare fateātur Dominum esse clementissimum, cuius tam extant opera stupenda inter posteros Adæ.

32 Et laudibus extollāt illum in frequentia populi, & in cōsessu senum prædicent illum.

33 *Qui uertit flu=*
mina irrigua in
desertum, & aqua
rum uenas in siti=
culosa.
34 *Regionem fera*
cem in sterilẽ, pro=
pter habitatorum
maliciam.
35 *Qui cõtrà quo=*
que uertit solitudi=
nẽ in stagna aqua=
rum, & terram sic=
citate contumacem
in aquarum scatu=
rigines.
36 *Et collocat istic*
esuribundos, ut
ædificent urbes ad habitandum.

33 Qui dum vult, pote-
statem habet, vt flumi-
na exsiccet, & fiat ter-
ra ob sterilitatem de-
serta, & fluenta aqua-
rum commutentur in
siccitatem & sitim
ipsam.
34 E contrario terram
olim fructiferã immissa
salsugine reddere steri-
lem, ob scelera eorum,
qui inhabitabant eam.
35 Terram item ob ste-
rilitatem olim deser-
tam, aquarum riuulis
irrigare: & ob nimiam
siccitatem damnatam,
fluentis aquarum do-
nare.
36 Et inducere in eam
colonos antea fameli-
cos, qui cupiant post
eam mutationem con-
dere ciuitatem illic, &
inhabitare eam.

37 *Vt agris semina credant, & uineas cõserant, quæ uberem annonam præbeant.*

38 *Fouet illos atq; multiplicat supra modum, & nõ patitur iumenta eorũ pauca esse.*

39 *Cùm uerò imminuũtur, & humiliãtur, ui, adflictione, & labore.*

40 *Cùm eos prædæ principum obnoxios facit: cum eos per inania loca circunducit, ubi nullum est iter.*

37 Et semen iacere in agros illos nouos, & plantare vineam, quæ fructum proferat annuum.

38 Dominus autem conatus illorum secundabit, vt diuites fiant valde, & efficiet, ne pecora illorum vel morbo, vel alia calamitate minuantur.

39 Vbi verò ob scelera iterum eos punire voluerit, paucissimi fient & abiectissimi, propter variam oppressionem, calamitatẽ, & anxietatem.

40 Efficiet, vt qui præsunt eis, infames fiant, & sine autoritate: quo fiet, vt subditi errent per loca vacua & inuia.

41 *Tandē leuat inopia pauperem, & familiam tanquam gregem constituit.*

42 *Hæc contemplētur iusti & gaudeant: omnis autem malicia obstruat os suum.*

43 *Quicūq; es, qui sapis, obserua ista, ut intelligantur diuina beneficia.*

41 Sed pauperem defendet ab iniuria: & augebit familiā illius, quemadmodum grex ouium augeri solet.

42 Videbunt & obseruabunt huiusmodi mutationes homines recti, & gaudebunt: scelerati verò & malè sibi conscij non audebunt mutire.

43 Vtinam sint multi sapientes, qui obseruent eiusmodi, vt intelligantur passim ab omnibus beneficia, & misericordiæ Domini.

PSAL. CVIII.

1 *PAratū est cor meum Deus, ad canendū & laudandum pro omni uirili mea.*

2 *Tu mea chelys expergiscere, tu quoq;*

CVIII.

1 COnstanti sum animo Deus, quare & voce cantabo, & psallam instrumētis musicis, idq; ex animo.

Paratū cor meū Deus.

2 Profer te nablum &

cithara, ut q̃ ma-
turrimè exordiar.
3 *Et canã te in po*
pulis Dñe, & lau-
dem inter gentes.
4 *Quòd bonitas*
tua cœlis est alti-
or, & ueritas ac fi
des tua nubibus.
5 *Euehere supra*
cœlos ô Deus, &
supra uniuersã ter-
ram maiestate tua.
6 *Vt liberentur di*
lecti tui, saluum fac
dextera tua, & o-
pem nobis adfer.
7 *Deus locutus est in sanctuario suo,*
quod me interim beat, diuidam Sichem,

cithara, vt excitem ip-
sam auroram.
3 Celebrabo te carmi-
nibus apud populos va
rios Domine, & psalmis
cantabo te; vt fama no-
minis tui in varias spar-
gatur nationes.
4 Maior est enim clè-
mentia tua, q̃ est distan
tia cœli à terra, & vsq;
ad nubes pertingit con-
stantia tua in præstãdis
promissis.
5 Exaltare supra cœlos
Deus, & appareat per
vniuersam terram maie-
stas tua.
6 Vt liberentur è malis
amici tui: salutem adfer
dextera tua, & respon-
de votis meis.
7 Deus promisit per
sanctitatem suam, quæ
res me maximo gau-

& uallem Suchoth
dimetiar.
8 Meus est Galaad,
meus est Manasse,
Ephraim caput ro=
boris mei est, porrò
Iudas dux meus.
9 Moab singula=
ris olla mea est, ad
Idumæam porrigã
calceos meos, super
Palæstinã clangam
tuba.
10 Quis uerò dedu
cit me ad urbes mu
nitas? quis dirigit in
Idumæam?

dio affecit, promisit in,
quam distributurum me
Sichem, & vallem Su,
coth dimensurum.
8 Ad me pertinebit Ga
laad, meus erit Manas,
ses, Effraim fortitudo
capitis mei, Iuda verò
dux meus.
9 Moab olla ablu,
tionis meę, in Idumæ,
am proijciam calceum
meum, subiecturus il,
lam mihi: vsq; ad Phi,
listæos exultans perue,
niam.
10 Quis perducet me
vsq: in ciuitatem muni,
tam? quis deducet me
vsq; in Idumæam?
11 Profectò tu qui obli
tus videbaris nostri, &
non iturus cum copijs
nostris in prælium.

11 Non'ne tu Deus qui repuleras nos, ut
non proficisceceris cũ exercitibus nostris?

12 *Tulisti nobis opē*
in angustia ? uana
est enim salus, quæ
de hoīe speratur.

13 *In Deo parabi=*
mus uictoriam, ille
enim conculcat ho
stes nostros.

PSAL. CIX.

De⁹ laudem meā ne tacueris, 2 quia.

1 *DEus gloria*
mea, ne dißi
mules.

2 *Quoniā os im=*
pij, & os dolosi ad=
uersum me adper=
ta sunt, & mendaci
lingua loquuntur contra me.

3 *Sermonibus ex odio confictis, circūue=*
niunt me, & oppugnant me sine causa.

12 Tribue quæsumus
factus placatior auxiliū
nobis, vt hostem supera
re queamus: vana est ēm
salus, quæ expectatur
ab homine.

13 Freti diuino auxilio
pugnabimus fortiter:
ipse enim conculcabit
aduersarios nostros.

C IX.

1 DEus autor & mate
ria gloriatiōis meæ,
ne quæso dissimula.

2 Os enim suo impius
& homo fraudulentus
aduersum me aperue-
runt, vsi sunt apud me
lingua mendaci.

3 Verbis ab odio profe-
ctis oī ex parte aggressi
sunt me, sine vlla causa
oppugnauerunt me.

4 *Pro amore, quo illos pſecutus ſum, aduerſantur mihi: cùm ego æquitati ſtudeam.*

5 *Reddũt ergo mihi damnum pro beneficio, & odium pro amore meo.*

6 *Impone ei carnificem præfectũ, & hoſtis ſtatuatur ad dexteram eius.*

7 *Cùm iudicio ſiſtitur, damnetur, & defenſio eius degrauet crimen illius.*

4 Quum ego illos amore proſequerer, ipſi perdere conabantur me: ego verò hoc videns ad precationem recurri, non habens perfugium aliud.

5 Rependerũt enim mihi malum pro bono, & odium pro amore meo in illos.

6 Præfice ergo illi virum impiũ, & angelus vexator aſtet ad dexteram illius.

7 Quum cauſa illius tractata fuerit in iudicio, nõ abeat illinc, niſi impietatis cõdemnatus, & precatio illius magis exaſperet iudicem, & augeat peccatũ potius, quàm remiſsionem impetret.

8 Sint dies illius pau-

8 *Dies eius ad paucitatem cogantur, & officium eius accipiat alter.*

9 Orbi fiant liberi
eius, & uxor eius
uidua.
10 Incertis uagētur
ſedibus filij eius,
mendicent, & cibū
quærāt, poſtq̄ in exi
liū relegati erunt.
11 Manum inijciat
fœnerator omni=
bus rebus eius, &
hoſtes laborem eius
diripiant.
12 Ne ſit, qui miſe
ricordia ducatur
erga illum, aut qui
gratiam impertiat pupillis eius.
13 Vltima eius deſinăt in interitū, & pro=
xima generatione deleatur nomen eius.

ci, & præfecturam illius
accipiat alter.
9 Fiant filij illius orpha
ni, & vxor illius vidua.
10 Curſitent ſurſum &
deorſum filij illius, vt
mendicent, & præ penu
ria rei familiaris, relictis
domibus ſuis vacuis, ci
bum quærere cogantur
mendicatò.
11 Perdat exactor quic
quid pertinet ad illum,
& diripiant extranei,
quicquid ſuo labore cõ
quiſiuerat ipſe.
12 Nec ſit quiſquā, qui
vllum humanitatis illi
præſtet officiū, vel qué
miſereat liberorū illius.
13 Sit finis illius interi
tus: in generatione, quæ
proxime mortē ſeque

14 *Scelera uerò pa*
tris eius apud Do=
minū in numerato
habeantur, & pec=
catum matris eius
non deleatur.
15 *Vigeāt in conſpe*
ctu Domini ſemp,
at memoria ipſo=
rum è terra extir=
petur.
16 *Eò quòd imme=*
mor fuit miſericor
diam faciendi, &
perſecutus eſt ho=
minem deiectū, ino=
pem & ex corde
mœrentem, ad occidendum.
17 *Amauit execrationem, & uſu ueniat*

tur, deleatur & nomen
illius, & filiorum.
14 Reuocetur in memo
riam iniquitas progeni
torum ipſius apud Do,
minum, & peccatū ma,
tris illius non deleatur.
15 Sint hæc veluti ob
oculos poſita Domino:
ſed in obliuionem ve,
niat apud homines, qui
terram incolunt, ſi quid
geſsit vnquam dignum
memoratu.
16 Propterea quòd ne
ſemel quidē in mentem
venit illi pietatis erga
proximum exercendæ:
ſed perſecutus eſt virum
afflictum, humano au,
xilio deſtitutum, & fra,
ctum animo, vt occide,
ret illum.
17 Amauit eñ immani,

ei: gratiā non quæ=
ſiuit, idcirco lōgiſ=
ſimè abſit ab eo.
18 *Execratione ue*
lut ueſtimento ami
ctus eſt, ea uelut
aqua in eum pene=
tret, & in oſſa eius
tanquam oleum.
19 *Adhæreſcat ei*
ſicut pallium, quo
operitur, & ſicut
zona, qua ſemper
præcingitur.
20 *Hoc opus hoſti=*
bus meis uſu ueniat
à Domino, & his
qui perniciem moliuntur uitæ meæ.
21 *Tu autem Domine Deus agito mecum*

tatem, & continget illi:
odio habuit humanita-
tem, & procul recedet
ab illo.
18 Omni ex parte arma
uit ſe maledicentia, &
tanq̃ veſte ſua contexit
ea ſeſe, & penetrauit
queãdmodũ aqua, quã
quis bibit, vſq; in pene
tralia ventris, imò velut
in oſſa illius.
19 Quare ſit illi, quia ita
voluit, veluti pallium
quo cooperire totũ ſo-
let ſeſe, & veluti cingu-
lum, quod totũ ambire
hominem conſueuit.
20 Hæc ſit merces eo-
rum à Domino, qui ma-
lè volunt mihi, & qui
exercent caninam facun
diam ſuam in perniciẽ
meam.
21 Interim tu Domine

propter nomẽ tuũ, propensa enim est bonitas tua, ut liberes me.

22 *Humilis enim ac pauper sum, & uulneratũ est cor meũ intra me.*

23 *Incedo uelut umbra serotina, & auferor sicut locustæ.*

24 *Genua mea labũtur præ ieiunio, & caro mea exaruit, ut succus nullus supersit.*

25 *Ego autem obprobrium eis factus sum, quum me uident, capita sua mouent.*

Deus tracta me pro genuina clementia tua, quæ nomini tuo respondet: & quia tam beniguiter misericors es in omnes, libera etiam è malis me.

22 Quia pauper & humano præsidio destitutus ego sum, & cor meũ præ mœrore languet intra me.

23 Sicut vmbra, quæ inclinante iam die assiduè crescit, & tenebris noctis propinquior fit, ita & ego abij, & ab eo assiduè magis, interim vagari cogor de loco ad locum, quemadmodum locusta saltat nunc huc, nunc illuc, nullã certam habens sedem.

24 Genua mea nutant præ ieiunio, & caro mea exuta est pinguedine.

25 Quicquid facio ludi

26 *Opem fer mihi Dñe Deus meus, & per bonitatẽ tuam salua me.*

27 *Vt cognoscant hanc esse manum tuam, quòdq; istud feceris.*

28 *Execrentur isti, tu modò benignus sis: insurgant, & cõfundẽtur, seruus aũt tuus lætus erit.*

29 *Induãtur aduersarij mei ignominia, & confusione sua tanq̃ pallio operiantur.*

30 *Gratias pro uiri=*

brio sum illis: quoties
vident me, amoto capi-
te rident me.

26 Suppetias fer mihi
Domine mi Deus, sa-
lutem adfer mihi pro
inexhausta benignitate
tua.

27 Vt sciãt nõ illos suis
viribus hęc potuisse cõ-
tra me: sed quia tibi vi-
sum fuit ad hunc modũ
patientiam meam exer-
cere Domine.

28 Execrentur, & ma-
le velint mihi, modò fa-
ueas tu, nihil poterunt
enim: si insurrexerint in
me, in ipso conatu defi-
cĩet, & infames fient, ser-
uus autẽ tuus gaudebit.

29 Cõtegantur vndiq;
ignominia veluti veste
aduersarij mei, & in-
duantur toti tanquam
pallio, infamia, qua di-
gni sunt.

30 Celebrabo Dñm to-

li ore meo agã Do=
mino, & in media
multitudine lauda=
bo eum.

31 *Ille enim adstat*
ad dexteram pau=
peris, ut liberet à
condẽnantibus ani=
mam eius.

PSAL. CX.

1 *DOminus di=*
xit Domino
meo, sede ad dexte
ram meã, donec fa=
ciam inimicos tuos
scabellum pedum
tuorum.

tis viribus ore meo, &
in medio multorum pa-
làm laudabo illum.

31 Astitit enim ad dexte
ram egeno, vt defende-
ret & seruaret illũ à vio
lentia eorum, qui falso
iudicio perdere conabã
tur illum.

C X.

1 DIxit Dominus Do
mino meo, sede à
dextris mihi, quoad fe-
cero, qui nunc sunt ini-
mici tui, tam subiectos,
vt conculcare illos pe-
dibus possis, non aliter
quàm scabellum solet.

Dixit dñs dño meo.

2 Robur fortitudinis
tuæ emittet Dominus
ex Sion: itaque domi-
nare, inuitis omnibus,
in medio hostium tuo-
rum.

2 *Sceptrum potẽtiæ tuæ emittet Dominus*
de Zion, ut imperes in medio hostiũ tuorũ.

3 *Populus autem tuus in die trium=*
phi tui, uota offeret
cum sancta pompa:
ros enim natiuitatis
tuæ, ex utero auro=
ræ est.
4 *Dominus iura=*
uit, neq; pœnitētia
ducetur: tu es sacer
dos inæternū iuxta
ritū Melchizedek.
5 *Dn̄s ad dexte=*
ram tuā adest, qui
cùm irascitur, reges
percutit.
6 *Vltionem capit*
ex gentibus, & ca=
daueribus implet, qui totius orbis capi=

3 Populus tuus sponta/
neas offeret & libera/
les oblationes tibi, quo
tēpore apparebit omni/
potentia tua, & omni/
modus ille decor, qui te
comitabitur: ante auro/
ram enim cecidit, qui
gratiosissimum te faciet
omnibus, ros natiuita/
tis tuæ.
4 Iurauit Dominus, nec
vnquā pœnitebit eum,
tu eris sacerdos in per/
petuum iuxta ritum à
me præscriptum Mel/
chisedech.
5 Dominus astans tibi
à dexteris percussit re/
ges, quum irasceretur
illis, propter te.
6 Supplicium sumet de
gentibus, quæ rebella/
bunt tibi, plena erunt
omnia cadaueribus: pcu
tiet hostium tuorum ca/

ta cædit.
7 *De torrēte in iti*
nere bibet, deinde
caput sublimabit.

PSAL. CXI.

1 *COllaudabo do*
minū ex toto
corde, cū priuatim
apud sanctos, tum
pro tota concione.
2 *Magna sunt ope=*
ra Domini, *& ex=*
optata omnibus, q
amplectuntur ea.
3 *Opus eius est lau*
de & gloria dignū:
& iustitia eius in perpetuum durat.
4 *Magnifica facta sua ita geßit, ut sint*
memoria digna : misericors & mitis Dñs.

put, cuius ditio latissi/
mè extenderat sese per
terram nobilissimam.
7 E flumine in transitu
bibet, propterea exalta/
bit caput.

CXI.

1 OMnia mea Domi/
no accepta referam
ex toto pectore, palàm
in cœtu & congregatio/
ne iustorum.
2 Magna sunt opera
Domini, quod constat
omnibus illis, qui pio
studio scrutantur ea.
3 Laude & honore di/
gnum est, quicquid fa/
cit Dominus: à genuina
enim sua iustitia recede
re non poterit vnq̄.
4 Effecit, ne vnquam
perire possit memoria

Confite/
bor tibi
Dñe in
toto cor
de meo,
in cõsil.

5 *Escā dat sese metuētibus, memor fœderis sui in æternū.*

6 *Robur factorū suorum ostendit populo suo, cùm dedit eis gentium possessiones.*

7 *Opera manuum eius firma & recta: rata & uera sunt omnia præcepta eius.*

8 *Confirmata in omne seculum, ut quæ ex uerò & recto constant.*

9 *Redemptionem misit populo suo:*

operum suorū tam mirabiliū, misericors ipse & pius Dominus.

5 Spolia hostiū diuisit cultoribus suis, in memoria habebit pactum suum perpetuò.

6 Quanta fuerit opus potentia priusq̄ fieri potuerint, quæ fecit, ostendit re ipsa populo suo, quum daret illi possessiones aliarū nationum pulsis illinc illis, quorū fuerant antea.

7 Opera manuum illius fidei & æquitatis sunt plenissima. optima fide statuit, & vtiliter quæcunq; statuit.

8 Confirmata sunt, nec conuelli poterunt vllo vnquam seculo: decreta enim ab eo sunt optima fide, & summa cum æquitate.

9 Liberationem attulit populo suo, decreuit

fœdus ſuum præce=
pit in perpetuum:
ſanctũ & ueneran=
dum eſt nomẽ eius.
10 *Caput ſapientiæ*
timor Domini *eſt: ô*
ſanam mẽtem, quæ
ſecundum eum ope
ra ſua moderatur,
laus eorum in per=
petuum durabit.

PSAL. CXII.

1 *O Beatum qui*
Deũ timet, q̃
præceptis eius ſu=
pra oĩa delectatur.
2 *Potẽs fit poſteri=*

perpetuò duraturum pa
ctum, quod inijt cum
ſuis is, cuius nomen ſan
ctiſsimum eſt & augu-
ſtiſsimum.
10 Initiũ ſolidæ ſapien
tiæ eſt timor, quo reue-
remur Dominũ, & pru-
dentia ſalutaris manet
illos, qui ſeſe exercent
in his, laudem enim aſſe
quentur perpetuò dura
turam.

CXII.

1 BEatus vir qui reue-
retur Dominum, in
mãdatis illius inueniet,
quibus oblectare ſe po-
terit mirificè.
2 Potens in terra erit
ſemen illius, generatio
candida Domini benefi
cio beatiſsima erit.
3 Abundantia & diui-

Beatus vir qui timet dominum.

tas eius in terra: familia rectorũ beata eſt.
3 *Honos & res in huiuſmodi uiri domo,*

& iustitia eius p̄manet inæternum.
4 *Oriens sol & lux in tenebris est rectis, misericors, mitis, & iustus.*
5 *Commodus est uir, qui miseretur & mutuò dat, quiq; uerba sua cum iudicio expendit.*
6 *Nam in perpetuum immotus manet, iusti memoria inæternum durat.*
7 *A` rumoribus malis nihil timet, firmũ enim est cor eius fide in Dominum.*

tiæ in domo illius, iust-
tia illius stabilis erit
perpetuò.
4 Exorietur, alijs desi-
dētibus in tenebris, lux
rectis, clementi videli-
cet, pio & iusto.
5 Felix vir qui miseri-
cordia mouet erga pau-
peres, & mutuò dat:
dabit enim illi Domi-
nus eam prudentiam, ut
dispēsare sciat reliqua,
quæ tractanda illi erunt
cum iudicio.
6 Nunquàm loco suo
mouebitur, & in memo-
ria erit perpetua, tan-
quam vir iustus.
7 A rumore mali ali-
cuius appropinquantis
nihil metuet sibi: con-
stans enim erit perpe-
tuò animus eius: & pro-
pterea quòd propitium
habeat Dominum im-
perterritus.

8 *Firmum est cor eius, ut nihil formidet, usq; dũ uideat hostium suorũ interitum.*

9 *Diuidit ac donat pauperibus, iustitia eius inæternum durat, cornu illius cũ gloria euehetur.*

10 *Impius hæc uidẽs, inuidia torquebitur, dentibus frendet, ac tabescet: & quod impij cupiũt, irritum fiet.*

PSAL. CXIII.

1 *L Audate ò serui Domini, laudate nomen Domini.*

8 Animo erit præsenti, nec quenquam timebit: quin potius tandẽ visurus est in hostibus suis, qualia quiuis ali9 vellet in suis.

9 Elargitus est sua pauperibus, quare iustitia illius stabilis erit perpetuò, & cornu illius augebitur assiduè cum gloria.

10 Impius aspicere cogetur hæc, & habebunt illum pessimè: frendet dentibus & contabescet: studium impiorum, quo nocere cupiũt pijs, inefficax erit, & peribit.

CXIII.

1 LAudate serui Domini Dñm, laudibus efferte nomẽ Domini. Laudate pueri dominum.

2 Sit nomē Domini collaudatū, hinc usq; in sempiternū.
3 Ab ortu solis usq; ad occasum collaudetur nomē Domini.
4 Sublimis est Dn̄s super omnes gētes, & gloria eius sup̄ omnes cœlos.
5 Quis est sicut Dn̄s Deus noster, qui sese in sublime ad habitandum collocat?
6 Ac rursum sese demittit, ut contemplentur, quæ in cœlo & in terra fiunt.
7 Eleuat de puluere egenū, & de sterco

2 Celebretur nomē Domini laudibus, ab hoc tempore vsq; in perpetuum.
3 Ab ortu solis vsq; ad occasum, laudibus meritò extolletur nomen Domini.
4 Exaltatus est supra omnes gentes Dominus, & supra cœlos maiestas eius.
5 Quis similis est Domino Deo nostro, qui seipsum in altum erigit, vt sedeat quocūq; loco libitum fuerit illi?
6 Et rursus seipsum cōuertit ad contemplandū quæcunq; fiant, vel in cœlo, vel in terra.
7 Qui erigit, quoties vult iacentem in puluere pauperem, & è luto

re pauperē erigit.

8 *Vt collocet eum inter principes: inter principes populi sui.*

9 *Sterilē matremfamiliâs cum filijs domi lætantem facit.* חללו יה

PSAL. CXIIII.

1 *CVm exiret Israël de Aegypto, & domus Iacob de populo peregrino.*

2 *Fuisti, ò Deus, Iudæ sacrosanctus eius, & Israëli imperator eius.*

extractū egenum præficit alijs.

8 Vt sedere liceat illi inter primores, primores inquā, quibus data prouincia est gubernandi populum Domini.

9 Qui facit sæpenumero, vt domus ob sterilitatem matronæ vacua, habitatissima fiat: & quæ antea natura fuerat sterilis, fiat mater ob multitudinem liberorum gaudens. Halleluia.

CXIIII.

1 QVum egrederetur Israël ex Aegypto, & posteri Iacob relinquerent populum alterius, quàm qua ipsi loquerentur, linguæ. In exitu Israël de Aegyp.

2 Tunc fiebat Iuda particeps sanctimoniæ Dei, & totus Israël præ cæteris nationibus ditioni eius subijciebatur.

3 *Quod cum uidisset mare, fugit, & Iordanis retrorsum cessit.*

4 *Mõtes exilierũt sicut arietes, & colles sicut agni de grege.*

5 *Quid tibi mare est quòd fugisti? & tibi Iordanis quòd retro cessisti?*

6 *Quid quos montes saltauistis tanq̃ arietes, et colles tãquã agni de grege?*

3 Mare sensit præsentiam diuini numinis, & fugit, Iordanis abijt retrorsum.

4 Montes subsilierunt tanquã arietes, & colles veluti agni ouium.

5 Quid accidit tibi ò mare quòd fugeris, ò Iordanis quòd receperis te retrorsum?

6 Et vobis montibus quòd subsilieritis tanquam arietes, & collibus quòd exilieritis sicut agni lasciuiẽtes inter reliquas oues?

7 Præsentia Dñi in causa fuit, quòd ipsa contremuerit tota terra: ille Dominus in causa fuit, qui idẽ Deus est Iacob.

8 Qui cõtra naturã la-

7 *A conspectu Domini contremiscis ò terra, à conspectu Dei Iaacob.*

8 *Qui petram in aquæ stagnum conuer-*

tit, & rupem in aquarum fontem.

pidis effecit, vt è petra maxima copia effluxerit aquæ: & è silice veluti è fonte maximo.

PSAL. CXV.

1 *NE enim nobis Domine ne nobis, sed nomini tuo des gloriam bonitatis ac fidei tuæ nobis ostensæ.*

2 *Ne ergo committas, ut gẽtes dicant. ubi quæso est Deus eorum?*

3 *Quũ Deus noster sit qui in cœlis, & uniuersa pro sua uoluntate dispensat.*

4 *Istorũ aũt simulachra argentum sunt & aurum, opus ma-*

CXV.

1 NOn quasi nos mereamur Dñe, non inq̃ quasi nos mereamur: sed ne nominis tui maiestas lædatur, libera nos, pro tua benignitate & fide, qua te obstrinxisti adfuturum nobis.

Non nobis dñe, nõ nobis sed nomini tuo.

2 An æquo animo ferre diutius poteris, vt qui nos affligunt impij, cum iniuria nominis tui dicant, vbi nunc Deus est horum?

3 Certè Deus noster est in cœlo, vnde quicquid illi vnquam libitũ fuit facere, fecit.

4 Vestræ autem statuæ, quas pro Dijs habetis

nuum humanarum.
5 *Os habẽt, & nõ loquuntur: oculos habẽt, & nõ uidẽt.*
6 *Aures habẽt, & nõ audiunt: narem, & non odorantur.*
7 *Manus habent, & non cõtrectant: pedes, & non incedunt, neq; gutture ſuo uocẽ temperãt.*
8 *Similes his ſunt, & qui ea faciunt, & qui eis fidunt.*
9 *Tu uerò Iſraël in Dominum ſpera: ille enim auxiliator ac ꝓpugnator*

nihil quàm argentũ ſunt & aurum, opera hominis manu facta.
5 Formã oris inſculpſit illis artifex, ſed vſum addere non potuit: nihil enim ſonare queunt: oculos præterea ab artifice datos habent, ſed quibus nihil omnino videre poſsint.
6 Aures inſuper, quib⁹ nihil audiãt: nares, quibus nihil olfaciant.
7 Manus etiã, ſed quibus palpare nequeant: pedes, quibus incedere non valeant: guttur, quo nullũ ſonum edere poſſint.
8 Similes fiant his ſtatuis, & qui faciunt eas, & quotquot ſpem ſuam ponunt in eis.
9 Tu autem Iſraël ſpem tuam pone in Domino, ſuppetias enim feret, & veluti ſcuto

tuus est.

10 *O' familia Aha=ron sperate in Do=mino: ille enim au xiliator, ac propu=gnator uester est.*

11 *Qui colitis Do=minum, sperate in Dominũ: auxilia=tor enim, ac propu gnator uester est.*

12 *Dominus memi=nerit nostri, & fo=ueat nos: foueat do=mum Israël, & fo=ueat domũ Aharõ.*

13 *Foueat eos, qui timent Dominũ, tam iuuenes, quàm senes.*

14 *Augeat Dominus numerum cum*

proteget, quotquot cre dunt se illi.

10 Domus Aaron fidi=te Domino, auxilio eñ erit: & veluti scuto pro=teget quotquot credunt se illi.

11 Qui reuerenter colitis Dominum, fidite Domi no, nihil desperantes: au xilio enim erit, & veluti scuto ꝓteget illos, quot=quot tales sunt.

12 Dominus nunꝗ non pro sua benignitate me=mor fuit nostri, quare & nunc faciet bene, faciet inquam bene populo Is=raëli, faciet & bene fa=miliæ Aaron.

13 Bene etiã faciet quot quot reuerentur Domi num, siue parui fuerint, siue magni.

14 Addet ad vetera be=

ueſtrum, tum filio=rum ueſtrorum.

15 *Vos enim ſan=cti Domini eſtis, q̃ cœlos condidit & terram.*

16 *Cœli uniuerſi Domini ſunt, terrã autẽ dedit filijs ho=minum.*

17 *Non laudant te mortui Dñe, neque uniuerſi qui in obli uionem abeunt.*

18 *Nos autem lau=dabimus Dominum hinc uſq; inæternũ.*

הללו יה

neficia etiam noua vobis, vobis inquam & filijs veſtris.

15 Chari enim eſtis vos illi Domino, qui autor eſt cœli & terræ.

16 Cœlum hoc ingens, vaſtum, hoc inquam cœlum ſolus abſque humano miniſterio gubernat Dominus, terræ verò poſteros præfecit Adæ.

17 Non poterunt, qui mortui ſunt, apud viuos laudare ſeruatorem omnium Dominum, neq; illi, quorum corpora ſepulta ſunt, hic inter viuos poterunt præconijs extollere Deum.

18 Sed nos quoad vixerimus laudabimus Dominum, ab hoc tempore vſq; in finem vitæ perpetuò, Halleluia.

PSAL. CXVI.

1 *AEquo animo*
sum, quoniā
exaudiuit Dominus
uocem precū mea=
rum.
2 *Quoniam præ-*
buit aurem suā mi=
hi, cùm in periculo
meo clamarem.
3 *Circundederant*
me funes mortis,
& angustiæ infero
rum adprehende=
rant me: in adfli=
ctionem & dolorē
incideram.
4 *Cumq; nomen Domini inuocarem: Oro*
Domine, liberes animam meam.

CXVI.

1 AMaui Dominum,
quòd exauditurum
confidam illum preces
meas.
2 Olim enim sæpe
præbuit aurem suam mi
hi: quare quoad vixe-
ro, non aliò clamori-
bus meis recurram, q̄ꝫ
ad ipsum.
3 Cinxerant me funes
mortiferi, & præsentis-
sima pericula corruen-
di in sepulchrum appre-
henderant me: nihil præ
ter afflictionem & an-
xietatem inueneram cir
ca me.
4 Quare ego auxilium
Domini implorabam,
dicens: obsecro Do-
mine libera animam
meam.

Dilexi,
qm̄ ex-
audiet
Dn̄s vo
cem ora
tionis
meæ,

5 (Mitis enim ac
iustus est Dominus
& Deus noster mi
sericors.
6 Humiliũ custos
est Dominus) omni
enĩ ope destitutus,
& saluauit me.
7 Redi ergo ani=
me mi in requiem
tuã, quia Dominus
præstitit tibi, quod
petiuisti.
8 Tu enim liberasti
animam meã à mor
tè, oculos meos à
lachrymis, & pe=
des meos à lapsu.

5 Et continuò depre-
hendi misericordem esse
Dominum & iustum,
& Deum nostrum pieta
tis obliuisci non posse.
6 Custos est Domin⁹ eo-
rum, qui per se sapere nõ
possunt: quum enim af-
fligerer grauissimè, &
concilij expers essem,
ipse saluauit me.
7 Redi ô anima mea
ad veterem tranquilli-
tatem tuã: Domin⁹ enim
pro te persoluit, quic-
quid debebas tu.
8 Liberasti Domine à
morte animam meam,
oculum meum à fletu, &
pedes meos à lapsu.
9 Securus obambulabo
posthàc sub tutela Do-
mini in atrijs eius, vnà
cum illis, qui viuunt
verè.

9 Vt rectè ambulẽ corã Dño, inter uiuos.

10 *Verū dixi, cum*
11 *loquerer in uehe=*
menti adflictione
mea, cùm dicerem
in ecstasi, Omnis
homo mendax.

12 *Quid autem re=*
tribuā Domino pro
cunctis in me bene=
ficijs?

13 *Calicem enim sa*
lutis accepi, cùm
nomen Domini in=
uocassem.

14 *Hinc uota mea*
Domino soluo, co=
ram uniuerso popu
lo eius.

10 Firmissimè credidi, Credidi
quare & loquebar confi propter
denter, etiam quum gra qđ locu
uissimè periclitarer. tus sum.

11 Imò in trepidatione,
& summa propemodum
desperatione mea cōstan
ter dicebā, omnis quidē
homo mentitur, & falle-
re potest, verùm Deus
nequaquam.

12 Quid retribuam Do
mino, cuius tam varia
extāt in me redemptio-
nis beneficia?

13 Poculum gratiarum
actionis pro nouo hoc
salutis genere in altum
sustollam, & auxilium
Domini implorare non
desinam.

14 Vota mea vtiq; Do-
mino persoluam palàm,
in præsentia totius po-
puli illius.

15 Grauatè Dominus

15 *Preciosa est in oculis Domini mors*

sanctorũ suorum.
16 *Gratias ago Do*
mine, quòd mei ser=
ui tui, mei serui tui
& filij ancillæ tuæ
uincula dirupisti.
17 *Idcirco macto*
tibi uictimam col=
laudationis, & no=
men tuum Domine
celebro.
18 *Vota mea Do=*
mino soluo coram
toto populo eius.
19 *In atrijs domus*
Dñi, in medio Ieru
salem. הללו יה

PSALMVS CXVII.

nec temere occidi finit
quenquam sanctorum
suorũ : charissimi enim
sunt illi.
16 Meritò te amo beni
gnissime Dñe, quòd me
seruũ tuum, me inquam
seruum tuum, & filium
ancillæ tuæ dignatꝰ sis,
effracto carcere, è vincu
lis eripere.
17 Quare offeram tibi
sacrificia, quibus ma-
ximè delectaris, pro ac-
ceptis videlicet benefi-
cijs gratiarum actiones,
nec desinam vnquam au
xilium Domini implo
rare.
18 Hæc vota mea Do-
mino persoluam, palàm
spectante vniuerso po-
pulo ipsius.
19 In ipsis atrijs do-
mus Domini, in me-
dio Hierusalem. Hal-
leluia.

CXVII.

1 LAudate Dñm omnes gentes, omnes quoq; popu=
li laudate eum.
2 Quoniã bonitas eius erga nos magis ac magis adolescit, & fides eius in per
petuum durat.

חללו יה

PSAL. CXVIII.

1 GRatias agite Dño p sempi terna bonitate & misericordia sua.
2 Prædicet, quæso, Israël sempiternam bonitatem eius.
3 Prædicet & familia Aharon sempiter=
nam bonitatem eius.

1 LAudate Dominum Laudate vniuersæ gentes, lau Dominũ dibus extollite illum, omnes quotquot vsquam estis gentes.
populi.
2 Copiosissimè enim vsus est erga nos genui, na misericordia sua, & cõstantia ipsius in pro, missis duratura est per, petuò.

CXVIII.

1 LAudate Dominum, benignus est enim, & perpetuò duratura est clementia illius.
2 Fateãt ex animo hoc Israël, perpetuò duraturam clementiam illius.
3 Fateãtur ex animo posteri Aaron, quòd per, petuò duratura sit cle, mentia illius.

Confite, mini do, mino, qm̃ bo, nus, qm̃ in seculũ miseri, cordia eius.

4 *Prædicent, qui Dominum colunt, ſempiternam bonitatem eius.*

5 *De anguſtia inuocaui Dominum, & reſpondit mihi latitudine Dn̄s.*

6 *Dominus mecū eſt, nō timebo, quid homo mihi faciat.*

7 *Dominus auxiliator meus eſt, & ego deſpiciam inimicos meos.*

8 *Melius eſt in Dominum ſperare, quàm in hominem.*

9 *Melius eſt in Do*

4 Fateantur ex animo hoc quotquot reuerentur illum, quòd nunquàm non ſit miſericordiſsimus ipſe.

5 Quum eſſem conſtitutus in periculis, implorau i auxilium ſeruatoris Domini, qui & exaudiuit me, & perduxit me in locum ſpatioſum, idem ſeruator ille Dominus.

6 Dominus adeſt mihi, quare nō timebo, quicquid moliatur aduerſum me homo.

7 Dominus ſtat ꝓ me, inter auxiliantes mihi ipſe precipuus eſt: quare videbo euenire hoſtibus meis qualia quiſquam optaret ſuis.

8 Multò eſt melius ſpem ſuam collocare in Domino, quàm fidere cuiuis hominum.

9 Multò eſt melius

minum ſperare, q̃ inprincipes.

10 *Omnes gẽtes circunſtent me: at in nomine Domini perimam eas.*

11 *Circundent, & circũueniant me: at in nomine Domini perimam illas.*

12 *Circundent me, ſicut apes, & conſumere pergant, ſicut ignis ſpinas: at in nomine Domini perimam illas.*

13 *Ad caſum pellant, atq; detrudãt me: at Dominus opem feret mihi.*

ſpem ſuam collocare in Domino, quàm fidere vlli principum

10 Etiam ſi variæ gentes circundederint me, nihil ſollicitus ero: fretus enim auxilio Domini facilè perdam omnes.

11 Cingant me & diligentiſsimè circundent, nihil tamen metuam, ſed fretus auxilio Domini perdam omnes.

12 Circundent me tam copioſi & mordaces, quàm eſſe ſolent examina apum: extinguentur tam ſubitò, quàm ignis per ſtipulas volitans: Domini enim fretus auxilio nullo negotio ſubuertam illos.

13 Maximo ſtudio conatus eſt aduerſari⁹ meus ſic impellere me, vt caderem, verùm Dominus

14 *Robur & mate
ria carminis est mi=
hi Dominus, idem
est salus mea.*
15 *Vox exultatiōis
& salutis in taber=
naculis iustorum:
dextera enim Dn̄i
uictoriam peperit.*
16 *Dextera Dn̄i al
tißima est: dextera
Domini triūphum
parat.*
17 *O: si nō moriar,
sed uiuam, ut cele=
brem opera Dn̄i.*
18 *Corrigat & ca=
stiget me Dn̄s: at morti ne tradat me.*
19 *Aperite mihi portā iustitiæ, ut transeā*

auxilio fuit mihi.
14 Fortitudo mea & ar
gumētum carminis mei
ipse est seruator Domi/
nus: quare confido futu
rum, vt autor mihi fiat
omnimodæ salutis.
15 Tum audietur vox
exultationis, & pro ade
pta salute gratulationis
in ædibus iustorum: de/
xtera enim Dn̄i opera/
bitur in eis fortiter.
16 Dextera domini exal
tabitur, dextera Domi
ni operabitur fortiter.
17 Non moriar sed vi/
uam, & commemorabo
opera Domini.
18 Docendo diligenter
docuit me Domin⁹, nec
morti tradidit me.
19 Aperite mihi portas
iustitię, & ingrediar per
eas, & gratiarum actio/

per eam, & collaudem Dominum.

20 *Hæc enim est porta Domini iusti transibunt per eã.*

21 *Gratias ago tibi, quoniam exaudisti me: & factus es salus mea.*

22 *Lapis quem repudiauerunt ædificantes, factus est in caput angularis pinnæ.*

nibus laudabo seruatorem Dominum.

20 Hæc est illa porta Domini, iusti ingredientur per eam.

21 Gratias agã tibi, quod afflixeris me, & iterum salute donaueris me.

22 Lapidẽ repudiauerũt ædificantes, sed factus est ille in caput anguli.

23 A Domino factum est illud, & est res mirificè mirabilis in oculis nostris.

24 Hunc diẽ fecit Dominus, exultemus & lætemur in eo.

25 Quæsumus Domine serua nos nũc, quæsumus Domine felici-

23 *Per Dominum autem istud factũ est, & est miraculum in oculis nostris.*

24 *Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.*

25 *Salua nos amabò Domine: commoda*

nunc quæso Dñe.
26 *O' beatũ qui uenit in nomine Dñi, bene ominemur, & precemur uobis, q estis domi Domini.*
27 *Dominus Deus illucescat nobis: redimite festum diem frondibus usque ad aræ cornua.*
28 *Deus meus es tu, & gratias tibi ago: Deus meus es tu, & eueho te.*
Gratias agite
29 *Domino pro sempiterna bonitate & misericordia sua.*

tatem adfer nunc.
26 Omni laude maior hic est, qui aduenit legatus à Domino ad nos bene precati sumus vobis & nos è domo Domini, & felices iudicauimus.
27 Omnipotens Deus Dominus est, & illuminanit nos: quare colligate sub diem festum ramos, & templũ ornate vsq; ad cornu altaris.
28 Deus meus es tu, quare cum gratiarum actione laudabo te, & laudibus te Deũ meum extollam.
29 Celebrate Dominũ, benignus est enim, & nullo vnquam tempore non misericors.

CXIX. ℵ Aleph.

PSALMVS. CXIX.

1 *O Beatos inte=*
gros, qui in
uia & lege Domi=
ni ambulant.
2 *Beati qui custo=*
diunt obtestationes
eius, & toto corde
quærunt illum.
3 *Qui scelera nulla*
designāt, sed in uijs
eius incedunt.
4 *Tu enim nihil*
æquè præcipis ac
mandatorū tuorum
obseruantiam.
5 *Vtinam huc ten=*
dant gressus mei, ut seruem iusta tua.
6 *Sic enim nō pudefiam, cùm scilicet atten*
tus ero ad omnia præcepta tua.

1 FElices, qui innocen
ter viuūt in hac vita,
& quotquot ambulant in via
secundū doctrinam Do
mini.
2 Felices, qui optempe
rant admonitionibus il
lius, & toto pectore stu
dent placere illi.
3 Profectò tales nullum
scelus admittent, sed re
ctà per vias, quas illis
monstrauit, gradientur.
4 Tu præcepisti manda
ta tua obseruari diligen
tia summa.
5 Vtinā dirigantur abs
te gressus mei, vt possim
per omnia obsequi san
ctissimis præceptioni
bus tuis.
6 Tunc enim nunquam
pudefierem, sed sem

Beati i[...]
macul[...]

7 *Celebrabo te re*
cto corde, si docue-
ris me iudicia iusti-
tiæ tuæ.
8 *Iusta tua custo-*
diã, ne unquã, quæ-
so, derelinquas me.

ב

1 *Qua tandem re*
mundum custodiat
adolescẽs iter suum
æquè ac obseruãtia
sermonũ tuorum?

In quo corrigit adolescẽtior viã.

2 *Toto igitur cor*
de meo reqrã te, tu
uerò ne seducas me
à præceptis tuis.
3 *In corde meo re-*
ponam uerba tua, quò minus in eo peccem

per ante oculos habe-
rem vniuersa mandata
tua.
7 Celebrabo te pectore
cãdidissimo, vbi docue
ris me rationem æquita
tis tuæ.
8 Mandata tua obser-
uabo pro viribus, nisi
tu destitueris me auxi-
lio tuo.

ב *Beth.*

1 Qua maximè re corri
gere poterit adolescens
licentiosius vitæ suæ ge
nus? nulla magis quàm
si diligenter obseruaue-
rit verba tua.
2 Toto pectore studui
placere tibi, quare ne
sinas, quæso, aberrare
me a mandatis tuis.
3 In animo meo repo-
sui verba tua, ne peccem
tibi.

4 *Inclyte tu Domine doce me, constitutiones tuas.*

5 *Vt etiã labijs meis memorare queam omnia iussa oris tui.*

6 *Vt in uia contestationum tuarum gaudeam magis, q̃ in innumeris diuitijs.*

7 *Vt mandata tua mediter, & semitã tuam suspiciam.*

8 *Vt præceptis tuis delecter, neq; obliuiscar uerborum tuorum.* ג

1 *Da mihi seruo tuo, ut uiuam, & custodiam sermones tuos.*

4 Omni laude maior tu Dñe, doce, quęso, me præcepta tua.

5 Labijs meis recensui omnia iudicia profecta ab ore tuo.

6 Modus et ordo admonitionum tuarum oblectauit me, quantũ nullæ diuitiæ.

7 In mandatis tuis exercebo me, & diligenter expendam semitas tuas.

8 In præceptis tuis oblectabo me, nec obliuiscar verborum tuorum.

ג Gimel. Retri-

1 Hoc præsta seruo tuo, vt viuere liceat, & uo tuo parēre mandatis tuis.

2 *Adperi oculos meos, ut perſpiciā admiranda, quæ in lege tua ſunt.*

3 *Aduena ego ſum in terra, tu tamen ne celes me præce= pta tua.*

4 *Rumpitur enim anima mea deſide= rio iuſſuum tuorum omni tempore.*

5 *Tu enim corri= pis execrabiles ſup bos, qui deficiunt à præceptis tuis.*

6 *Libera me obprobrio & contemptu, ut cuſtodiam conteſtationes tuas.*

7 *Principes enim in conſeſſu ſuo contra*

2 Aperi oculos animi mei, vt intelligere queā admirāda illa myſteria, quæ continentur in do/ ctrina tua.

3 Peregrinus ſum ego in terra, ne celaueris, quæſo, me mandata tua.

4 Fractus eſt anim⁹ me⁹ præ nimio & perpetuo deſiderio cognoſcendi æquiſsima iudicia tua.

5 Increpaſti acriter ſu/ perbos, execrabiles iīct, quotquot aberrāt à man datis tuis.

6 Libera me à probro & cōtemptu illorum ſu perborum: quia admoni tiones tuas cuſtodiui.

7 Quoties ſederunt con gregati principes, vt cō/

me cōsultāt seruus
aūt tuus meditatur
in mandatis tuis.
8 *Contestationes*
tuæ & delectatio=
nes meæ sunt, &
senatores mei.

ד

1 *Humi defixa est*
anima mea, tu ta=
men refice me iuxta
uerbum tuum.
2 *Vias meas expo=*
nā tibi, tu ergo re=
sponde mihi, & do
ce me iussa tua.
3 *Iter mādatorum*
tuorū ostēde, mihi
& considerabo mirabilia facta tua.

tra me loquerentur: ser-
uus tuus nihil aliud q̄
exercebat se in manda-
tis tuis.
8 Profectò admoni-
tiones tuæ oblectauerūt
me, & fuerunt veluti vi
ri à consilijs mihi.

ד Daleth.

1 Adhæsit pulueri ani- Adhæsit
ma mea, & tantum non pauimē-
petij: restitue me pristi- to aīa.
nę valetudini iuxta pro
missa tua.
2 Opera mea recensui,
quare exaudisti me, do-
ce, quæso, me intellige-
rę mandata tua.
3 Genuinam sententiam
mandatorum tuorum as
sequi fac me: hoc si mi-
hi contigerit, exercebo
diligenter me in mirabi
libus tuis.

4 *Diffluit aĩa mea tædio, cõfirma me uerbo tuo.*
5 *Tolle à me iter mendacij, & lege tua miserere mei.*
6 *Iter enim ueritatis elegi, & iusta tua mihi placent.*
7 *Adhæream contestatiõibus tuis Domine, ut non cõfundas me.*
8 *Via mandatorũ tuorũ curram, quibus exhilares cor meum.*

ה

1 *Doce me Domine iter præceptorum*

4 Solutus est mihi animus præ anxietate, erige me secũdum verbum tuum.
5 Studium mẽtiendi & fucatè viuendi aufer à me secundum legem verò tuam misericorditer tracta me.
6 Genus vitæ cãdidum & cõstans elegi, & æquissima iudicia tua proposui ante oculos mihi.
7 Sectatus sum testimonia tua Domine, ne vnquã sinas me cum pudore frustrari spe mea.
8 Per viam mandatorum tuorum currã, vbi tu gaudio dilataueris cor meum.

ה He.

1 Doce me Dñe intelligentiam mandatorum tuorum, vt ad eam ser

tuorum, ut ipſum
ſemper cuſtodiam.
2 *Erudi me, ut cu-*
ſtodiam legem tuã,
& ſeruem eam in
toto corde meo.
3 *Duc me in ſemita*
mandatorum tuo-
rum, ea enim mihi
placet.
4 *Inclina cor meũ*
ad conteſtationes
tuas, & non ad aua
ritiam.
5 *Transfer oculos*
meos, ne uanitatem
aſpiciant, & uia
tua uiuifica me.
6 *Præfige autem ſeruo tuo uerba tua,*

uandam quoad vixero,
accommodem me.
2 Eam prudentiam tri-
bue mihi, vt intelligam,
atq; ita præſtem, quæ
præſcribit lex tua, &
obſeruem toto pectore,
ne quid faciam contrà.
3 Deduc me ſecundum
genuinam ſententiam mã
datorum tuorum: hoc
enim ſemper optaui ma
ximè.
4 Inclina cor meum in
amorem præceptionum
tuarum, & ab auaritia
quàm alieniſsimum effi
ce me.
5 Auerte oculos meos,
ne capiantur amore rerũ
vaniſsimarũ: quin potiꝰ
tuis admonitionibus ad
vitam perduc me.
6 Propone ſeruo tuo
eum ſermonem, qui ma-

quæ ipſum timoris tui admoneant.

7 *Tolle obprobriū meum, quod timeo: ſuauia enim ſunt iudicia tua.*

8 *Et mandata tua diligo, iuſtitia tua ſuſtine me.*

ו

1 *Obueniat mihi benignitas tua* Do*mine, deinde & ſalus tua iuxta uerbum tuum.*

Et veniat ſuper me miſericordia

2 *Vt reſpondeam obprobrantis uerbo, qui uerbo tuo fidem habeo.*

3 *Ne recedat de ore meo uerbum ue*

ximè inuitat ad venerationem tui.

7 Aufer infamiam, à qua metui mihi: iudicia enim tua clementiæ admixtum habent plurimum.

8 Ego certè amaui mandata tua, quare pro tua æquitate in vita conſerua me.

ו *Vau.*

1 Cōtingat mihi, vt particeps fiam omnimodæ benignitatis tuæ Dñe, & ſalutis, quam promittunt verba tua.

2 Vt habeam, quod reſpondeam ei, qui exprobrat mihi, quòd dicere ſoleam, fidere me promiſsioni tuæ.

3 Quare ne vnquam ſinas, quæſo, irritum fieri

ritatis ulla ratione, quoniam in iudicia tua spero.

4 *Sed custodiam legem tuam in perpetuum, per omnia secula, & si quid ultrà est.*

5 *Ambulem in securitate, quia mandata tua quæro.*

6 *Disseram super cõtestatiõibus tuis coram regibus, & non pudefiam.*

7 *Delecter in præceptis tuis, quæ diligo.*

8 *Tollã manus meas ad amata mihi præce-*

hoc, quod sæpe dixi, & verè: iudicia enim tua expectaui, quibus palàm fiet, mea ne, an aduersariorũ causa sit melior.

4 Vt obseruẽ legem tuã assiduè, longo tempore, imò semper.

5 Et vt ambulare queã sine offendiculo per loca spatiosa: mandatorum enim tuorum studiosus inuestigator fui.

6 Quare & loqui audebo de tuis constitutionibus in conspectu regum constanter, & sine vllo pudore.

7 Et oblectabo me mãdatis tuis, quæ semper amaui.

8 Tollam in altum manus meas, vt opere præstem, quæ præscribunt præcepta tua, quæ

pta tua, & mediter in mandatis tuis.

ז

Men. esto ver bi tui.

ז *Memora uerbũ tuum seruo tuo, ut spem meam fulcias.*

2 *Hoc enim solatur me in adflictiõe mea, & eloquium tuum uiuificat me.*

3 *Cõtẽnunt me superbi uehementer, sed à lege tua ne declinem.*

4 *Repeto mecum sempiterna iudicia tua Dominc, & solatium inuenio.*

5 *Tot⁹ horreo sce*

amaui, & ore loquar de ęquissimis legibus tuis.

ז Zain.

1 Memor esto eius, qđ ꝓmisisti seruo tuo, quo & spem magnam concipere iussisti me.

2 Hæc promissio consolata est me tempore afflictionis meæ: verbum enim hoc tuum effecit, ne mœstitia extinguerer, sed in vita continerer.

3 Superbi insultauerunt mihi miris modis: ego verò lege tua cõsolatus sum me, nec aliò quàm ad eam confugi.

4 In memoriam reuocaui, quãta æquitate & iudicio olim tractaueris patres nostros Domine, quæ res plurimum attulit consolatiõis mihi.

5 Horror inuasit me,

leratos iſtos, q deſe runt legem tuam.

6 *Iuſta tua carmen mihi ſunt, dum hîc hoſpes ſum.*

7 *Nominis tui Dñe per noctem mentio nẽ habeo, ut custo= diam legem tuam.*

8 *Id mihi, quæſo, cõ tingat, ut præcepta tua ſeruem.*

ח

1 *Sors mea Dñe, in hoc ſum, ut custo= diam uerba tua.*

2 *Vultum tuum de precor ex toto cor de, ut miſerearis*

quoties perpendi ſcele/ ratũ & periculoſum im piorũ vitæ genus, quòd viderem cõtemnere eos doctrinam tuam.

6 Pro carminibus fue/ runt mihi præceptiones tuæ, quocunq; loco fu/ iſſem tẽpore exilij mei.

7 Memor fui media no cte nominis tui Domine vt ſeruarem doctrinam tuam.

8 Hoc mihi ſummope/ re fuit curæ, vt manda/ ta tua ſeruarem.

ח Het.

1 Portio mea es tu Do/ mine: quare ſtatui ſer/ uare, quæ mandata ſunt verbis tuis. Portio mea Do mine.

2 Ambiui toto pecto/ re fauorem tuũ erga me: miſeriat te, quæſo, mei iuxta verbum tuũ, quo promiſiſti adfuturum te mihi.

mei iuxta ſermonẽ
tuum.
3 *Conſiderem uias*
meas, & referam
pedes meos ad con
teſtationes tuas.
4 *Incũctanter pro*
perem ad cuſtodiẽ=
dum mandata tua.
5 *Vincula ſcele=*
ratorum ſi me ca=
ptiuum teneant, le=
gis tamẽ tuæ ne ob=
liuiſcar.
6 *Concubia nocte*
ſurgo ad laudandũ
te, propter iuſta iudicia tua.
7 *Socius ſum omnium timentium te, & cu*
ſtodientium præcepta tua.

3 Recenſui vias meas,
totã videlicet vitã meã,
& reuocaui pedes meos
inviam rectam, & ad ea,
quę pręſcripta mihi ſunt
abs te.
4 Feſtinaui abſq; dila-
tione cuſtodire manda-
ta tua.
5 Studijs nocendi velu
ti vinculis ſcelerati ho-
mines tantum, non illa-
queauerunt me: ego ve-
rò qualiacunq; eſſent pe
ricula, doctrinæ tuæ nõ
ſum oblitus.
6 Media nocte ſurgã, vt
gratias agã tibi ꝑ ęquiſ
ſimis iudicijs tuis.
7 Socius ſum ego &
amicus omnium illorũ,
qui venerantur te: &

8 O' Domine, cuius bonitate uniuersa terra redundat, doce me mandata tua.

ט

1 Benefacito Domine seruo tuo iuxta uerbum tuum.

2 Bonum, disciplinam, & scientiam doce me: quoniam præceptis tuis fidē habeo.

3 Priusquàm adfligerer delinquebam nūc autem eloquiū tuum custodiam.

4 Natura bonus es, per eam ergo bonitatem doce me mandata tua.

qui seruant mādata tua.

8 Benignitate tua Dñe plena ē terra: quare præcepta tua doce me.

ט Thet.

1 Bene egisti cum seruo tuo Domine, & iuxta promissa tua.

Bonitatē fecisti cum seruo.

2 Vtilitatem, quæ est in cognitione legis tuæ, doce me: mandatis enim tuis maximā inesse vim firmissimè credidi.

3 Priusquàm diligenter auscultarem ad mandata tua, sæpe aberraui: nunc autem attentior factus, verbis tuis parebo.

4 Benignus es tu, doce, quæso, me intelligentiam mandatorum tuorum.

5 *Offerunt mihi quidem superbi mendacium; ego autem toto corde seruabo præcepta tua.*

6 *Crassum est uelut adeps cor eorũ, ego tamen legẽ tuã meditabor.*

7 *Euge mihi quod adflictus sum, quò mãdata tua didicerim.*

8 *Dulcior est mihi lex oris tui, quàm infinitus modus auri uel argenti.*

1 י

5 Excogitauerunt aduersum me mendaciũ superbi, verùm ego toto pectore incũbebã in hoc vt seruarẽ mandata tua.

6 Impinguatum est, & stupore veluti aruina obductum cor illorum, ego verò doctrina tua oblectatus sum.

7 Vtile fuit quòd rebus aduersis nonnihil afflictus fuerim: hoc enim in causa fuit, vt studiosius discere cuperẽ mandata tua.

8 Gratior est mihi doctrina oris tui, quàm vel auri vel argenti pondo mille.

י Iod.

1 Manus tuæ fecerunt me, & maximo artificio absoluerunt: da,

Manus tuæ fecerũt me.

Manus tuæ fecerunt & parauerunt me, da mihi intelligentiam, ut discam

præcepta tua.
2 *Vt cùm uideant*
me, qui te timent,
lætentur, quòd uer=
bo tuo fidam.
3 *Equidē scio Dn̄e*
quòd iusta sunt iu=
dicia tua : nam ex
fide adiuuas me.
4 *Bonitate igitur*
tua consolare me,
iuxta sermonē ser=
uo tuo factum.
5 *Occurrant mihi*
clemētiæ tuæ, ut ui
uam : lex enim tua
meditatio mea est.
6 *Confundantur superbi, qui mendaci=*
ter mecum agunt, ego autem præcepta

quæso, eam mihi men-
tem, vt discere possim
intelligentiam mandato-
rum tuorum.
2 Tūc enim cultores tui
videbunt me, & gaude-
bunt, quòd in promis-
sionibus tuis posuerim
spem meam.
3 Noui Domine, quòd
ipsissima æquitas sint iu
dicia tua, & meritò affli
xeris me.
4 Verùm sit, quæso, tan
dem malorū satis, & pro
tua benignitate cōsolare
me: id enim ꝓmisisti ser
uo tuo verbis tuis.
5 Adueniant miserico-
diæ tuæ, vt reuiuiscam:
doctrina enim tua vehe-
menter oblectat me.
6 Infames fiant super-
bi qui sine causa vexa-

tua mediter.

7 *In gratiam autem redeāt mecum, qui te timent, quiq;*
8 *nouerunt contestationes tuas.*

8 *Sit cor meum integrum in præceptis tuis, ut ego nō pudefiam.*

ב

1 *Deperit aīa mea*
Defecitī salutari tuo aīa. *salutem tuam: uerbo enim tuo fido.*

2 *Depereūt oculi mei sermonem tuū dicendo, quādo consolaris me?*

3 *Sunt enim sicut uter in incendio, præ*

uerunt me: ego interim exercebo me in mandatis tuis.

7 Cōueniant apud me, qui reuerenter colūt te, & qui nouerunt admonitiones tuas.

8 Fiat animus meus purus mādatis tuis, vt nūquàm pudore suffundar.

כ Caph.

1 Vix amplius est apud se præ desiderio salutis, quam expectat anima mea abs te: promissis tamen tuis non diffidam.

2 Anxiè cupiuerūt oculi mei videre, quod promisisti: quoties dicebā, quando tandem consolaberis me?

3 Quamuis similis esset cutis mea vtri fumo in rugas contracto, mandatorum tamen tuorum

cepta uerò tua non
obliuiscor.
4 *Quot sunt dies*
serui tui? quando ul
tionē capies de per
secutoribus meis?
5 *Superbi enim, qui*
secundū legē tuam
non ambulant, fode
runt mihi foueam.
6 *Omnia præcepta*
tua uera sunt & fi
delia: mēdaces per=
sequuntur me, ad=
iuua me.

non fui oblitus.
4 Quot adhuc reliq sunt
dies seruo tuo? qn̄ tan-
dē de his, q persequūtur
me, supplicium sumes?
5 Foderūt in perniciem
meam foueas superbi:
verùm id non docuerat
eos doctrina tua.
6 Vniuersa mandata tua
fidei plenissima sūt: qua
re, quum sine causa per-
sequātur me, auxilio sis
mihi tu.
7 Tantum non prostra-
uerunt me in terrā, ego
tamen non deserui præ-
cepta tua.
8 Pro benignitate tua
in vita conserua me, vt
custodire possim doctri
nam oris tui.

7 *Ferme funditus perdiderunt me in terra,*
attamen præcepta tua non desero.
8 *Pro bonitate tua uiuifica me, ut seruem*
contestationem oris tui.

ל

1\. *Verbum tuũ Do*
mine cum cœlis in
perpetuum cõſtat.
2\. *Veritas quoque*
tua per omnem po=
ſteritatem, perinde
ac tellus abs te con
dita durabit.
3\. *Iuxta ordinatio*
nem tuam conſtant
in æternum: nam o=
mnia ſeruiunt tibi.
4\. *Niſi lex tua ſo=*
latium meum eſſet,
iam in adflictione
periſſem.
5\. *Nunquàm igitur obliuiſcar manda=*
torum tuorum: ipſis enim refocillas me.

ל Lamed.

1 Perpetuò Dñe quic-
quid vnquam fieri voluiſti, ſtabile erit in cœlis.
2 In generationem & generationem conſtantia tua in promiſsis durabit: ſtabilem eſſe voluiſti terram, & ſtabilis erit.
3 Quibus modis vnumquodque ſubſiſtere voluiſti, vſque in hodiernum diem ſubſiſtit, omnia enim obediunt imperio tuo.
4 Niſi doctrina tua recreaſſet me, tum mœrore periſſem, quũ affligerer tam periculosè.
5 Nunquàm obliuiſcar mandatorum tuorum: per ea enim ſeruaſti vitam mihi.

6 *Tuus ſum, ſalua*
me: quoniam præ=
cepta tua inquiro.
7 *Inſidiantur mihi*
ſcelerati ad perden
dum me, ſed conte
ſtationes tuas mecũ
reputo.
8 *Omnia, quæ facta*
ſunt, finem habitu
ra uideo, ſed præce
ptum tuum omnem
finem excedet.

מ

1 *Vt legem tuam*
amo? quæ unica co=
gitatio mea eſt omni tempore.
2 *Mandatum tuum prudentiorem fecit me*
hoſtibus meis: ſemper enim mecum eſt.

6 Tuus per omnia ſum
ego, ſerua me: mandata
enim tua ſcrutatus ſum.
7 Expectantes obſerua-
uerunt impij me, vt per
derent, ſed ex conſtitu-
tionibus tuis intellige-
bam, quid facere contrà
oporteret me.
8 Nihil tam abſolutum,
cuius non viderim inte-
ritum, præter latiſsimè
ſe extendens mandatum
tuum.

מ *Mem.*

1 Quàm amaui legem
tuam? toto die ipſa fuit
occupatio mea,

Quomodo dile-
xi legem
tuã dñe.

2 Inimicis meis pruden
tiorem feciſti me manda
tis tuis, nec vnquã ſinã
me auelli ab illis.

3 *Supra oẽs præceptores meos cautus factus sum, quia contestationes tuæ cogitatio mea sunt.*
4 *Supra senatores intelligẽs sum, quia mandata tua obseruo.*
5 *Ab omni uia mala reuoco pedes meos, ut custodiã uerba tua.*
6 *A iudicijs tuis nõ recedo : tu enim dux meus es.*
7 *Quàm dulcia sunt faucibus meis eloquia tua? supra mel sunt ori meo.*
8 *Præceptorum tuorum intellectum ha*

3 Vniuersis, qui me docere conati sunt, prudentior euasi, idq; propter iugem constitutionum tuarum meditationem.
4 Ipsos senes prudentia superaui, quòd mandata tua custodirem.
5 Ab omni semita mala auerte pedes meos, vt custodire commodius possim verba tua.
6 A iudicijs tuis non recessi : tu enim docueras me.
7 Quàm fuerunt suauia palato meo verba tua! certè magis quàm ori mel vllum esse possit.
8 Præceptis tuis prudẽs fiam: quare & odio

beo, hinc odio pro=
ſequor omne iter
mendacij. נ
1 *Verbum tuum lu*
cerna eſt pedibus
meis, & lumen greſ
ſui meo.
2 *Iuraui & conſti*
tui ſeruare iuſta iu
dicia tua.
3 *Adflictus ſum ex*
tra modum, tu uerò
Dn̄e repara me iu=
xta uerbum tuum.
4 *Promptitudo oris*
mei, ſic oro tibi Do
mine placeat, ut iudicia tua me doceas.
5 *Anima mea iugiter me admonet, ut le=*
gis tuæ ne obliuiſcar.

proſequar omnem ſemi
tam mendacij.

נ Nun.

1 Inſtar lucernæ fuerũt L[...]er,
pedibus meis verba tua, n[...]edi,
& veluti lux iuxta ſemi[...]meis.
tam mihi.
2 Iuraui & perſiſtam in
propoſito ſeruandi, quic
quid æquiſsimo iudicio
præcepiſti.
3 Afflictus ſum vehemẽ
ter Domine, in vita con
ſerua me, ſicut pollicit⁹
es verbis tuis.
4 Pias has oblationes
oris mei gratãter, quæ,
ſo, accipe Domine, & iu
dicia tua doce me.
5 Vitam meam veluti
in manu omnibus ex,
poſitam porto: doctri,
næ tamen tuæ in malis

6 *Impij laqueum ponunt mihi, ſed à mandatis tuis non aberro.*

7 *Hæreditas mea ſunt conteſtationes tuæ in perpetuum, ſunt & deliciæ cor dis mei.*

8 *Propendit cor meum ad faciēdum præcepta tua ĩæter num, nõ ſine cauſa.*

ס

1 *Iniquos odi at le gem tuam amo.*

Iniquos odio ha/ bui.

2 *Defenſor & ,p= pugnator meus eſto*

tam prꝗſentibus nõ ſum oblitus.

6 Expanderũt impij re te in perniciem meam, à mãdatis tamen tuis ego non aberraui.

7 Poſsidere cõſtitui cõ ſtitutiones tuas tota vita mea: oblectationi enim cordi meo ſunt.

8 Accommodaui animũ meum, vt opere preſtem præcepta tua, vſq; in fi nem vitæ meæ.

ס *Samech.*

1 Sceleratos odio ha/ bui: legem autem tuam amaui.

2 Latibulum & ſcutum es mihi tu: quare in ver bis tuis totã ſpem meã collocaui.

Domine: *uerbo enim tuo fido.*

3 *Recedite à me mali, ut custodiam præcepta Dei mei.*

4 *Fulcias me sermone tuo, ut uiuã, & ne frustreris expectationẽ meam.*

5 *Sustenta me, ut saluus sim, & præcepta tua sine intermißione mediter.*

6 *Sed conculca uniuersos, qui à mandatis tuis aberrãt: fallax enim est dolus ipsorum.*

3 Recedite à me improbi, ne impedimento sitis mihi, mandata Dei mei custodire volenti.

4 Conforta me verbis tuis, vt viuam, neq; frustreris me spe mea.

5 Sustenta me & saluus ero, & oblectabo me mandatis tuis quoad vixero.

6 Conculcasti vniuersos, qui recedunt clàm à mandatis tuis: propterea quòd subdola est cogitatio illorum.

7 Veluti scoriam erasisti è reliquo hominum numero omnes impios, qui erant in terra, propterea amaui admonitiones tuas.

8 Sic erasisti impios, vt

7 *Tollis cunctos terre impios uelut quisquilias, idcirco contestationes tuas amo.*

8 *Horret præ timore tuo caro mea,*

& iudicia tua formido. ע

1 Quod æquũ & iustum est, faciam, ne dedas me calumniatoribus meis.

feci iudiciũ & iustitiam.

2 Fidẽ iube ĩ bonũ ꝓ seruo tuo, ne uim faciãt mihi supbi.

3 Fatiscunt oculi mei ad salutem tuam, & ad iustum eloquium tuum.

4 Age cũ seruo tuo pro tua bonitate, & mãdata tua doce me.

5 Seruus tuus sum doce me, ut sciã cõ

exhorruerit pre metu caro mea, & à iudicijs tuis secũdum quæ de impijs suppliciũ sumpsisti, exterritus fuerim.

ע Aiin.

1 Facere soles, quod iustum est & æquum, quare non relinques me tyrannidi opprimentium me.

2 Instiga seruum tuum ad bonum, ne opprimãt me superbi.

3 Oculi mei caligare cœperũt prospectantes diu, num alicunde adueniret salus abs te, verbo iustitiæ tuæ promissa.

4 Fac cum seruo tuo secundum benignitatem tuam, vt mãdata tua doceas me.

5 Seruus tuus ego sum quare eam mihi tribue mentem, vt intelligere

testationem tuam.

6 *Id ut facias Domine, tempestiuum est: dißiparũt enim legem tuam.*

7 *Quoniam amo præceptum tuum supra aurum & topazium.*

8 *Idcirco uniuersa mãdata tua recta sequor, ab omni autem uia fallaci abhorreo.* פ

1 *Magnificæ sunt contestationes tuæ, quapropter obseruat eas anima mea.*

2 *Adperta sunt uerba tua, illuminant, & intellectum dant paruulis.*

queam ceremonias tuas.

6 Tempus appetit, quo sumpturus es suppliciũ Dominẽ de impijs: nihili enim fecerũt doctrinam tuam.

7 Quare amaui præcepta tua magis quã aurũ etiam purgatissimum.

8 Propterea mãdata tua omnia iudicaui eẽ iustissima, & omne genus vitæ fucatũ odio habui.

פ Phe.

1 Admiratione dignæ sunt ceremoniæ tuę: quare obseruauit eas anima mea. Mirabilia testimonia tua.

2 Initium verborũ tuorum lumen adferet, & docebit prudentiam imperitos.

3 Præcepta tua nõ aliter desydero, q̃ cum anhelus spiritum attraho.
4 Aspice me, & propitius esto mihi, perinde atq; ijs, qui nomen tuum diligunt.
5 Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, ut nõ regnet in me ulla impietas.

3 Ore meo velutihiabã, vt assequerer prudẽtiã: mandata enim tua vehementer amaui.
4 Respice me & miserere mei, quomodo misereri soles eorum, qui amantes sunt nominis tui.
5 Fac tendãt oĩa studia mea in verba tua, & ne sinas in me dominari vllam iniquitatem.
6 Libera me à calumnia hoĩs, vt custodire liceat mandata tua.
7 Fac clarè appareat fauor vultus tui erga seruum tuum.
8 Riui aquarum effluxerunt ex oculis meis,

6 Libera me à calumnijs hominum, ut custodiã leges tuas.
7 Vultum tuum exhibe seruo tuo, & doce me mandata tua.
8 Oculi mei riuos aquarũ emanant, pro=

ptereà q legē tuam non custodiunt.

ϒ

1 Iustus es Domine, & æqua sunt iudicia tua.

2 Quæ tu mandas cōtestationes, iustæ & ueræ sunt supra modum.

3 Enecat me zelus meus, q hostes mei obliuiscuntur uerba tua.

propterea quòd aliò me abduxerint, & non seruauerint legem tuam.

ϒ Tsade.

1 Iustus es Domine, & [illegible]tus es rectum iudicium tuum [illegible]omine.

2 Adesse voluisti iustitiam statutis tuis, & veritatem valde.

3 Molestissimè tuli, q cōtempserint verba tua hostes mei.

4 Purus est per oīa sermo tuus valde, quare seruus tuus amauit eum.

5 Iuuenis sum ego & contemptui illis, mandata tamen tua non sum oblitus.

6 Iustitia tua iustitia

4 Eloquium tuum uehementer inflammat, unde & seruus tuus diligit illud.

5 Ego etsi paruus & contemptus sum, præcepta tamen tua non obliuiscor.

6 Iustitia tua iustitia sempiterna est, &

lex tua uera.

7 *Tribulatio & angustia cùm assequuntur me, iam promißiones tuæ solantur me.*

8 *Contestationes tuas sempiternas fac me intelligere, ut uiuam.* ק

1 *Ex toto corde inuoco, exaudi me Domine, ut mandata tua custodiam.*

Clamaui i toto corde.

2 *Inuoco, ut me salues, & seruē contestationes tuas.*

3 *Propero maturrimè & inuoco: uerbis enim tuis fido.*

perpetua, & lex tua stabilis.

7 Quoties aduersi aliquid, & quod me premeret, accidisset, mandatis tuis consolabar me.

8 Iustitia comitabitur præcepta tua perpetuò, fac vt intelligam hoc, & viuam.

ק *Coph.*

1 Imploraui auxilium tuum toto pectore: audi, quæso, me Domine, vt possim implere mandata tua.

2 Clamaui ad te, serua, quęso, me, vt custodiam ceremonias tuas.

3 Ante diluculum euigilaui, & clamaui, quòd spes mihi omnis esset in promissionibus tuis.

4 *Maturant oculi mei ſub exubias ad meditandum in elo quijs tuis.*

5 *Vocem meam exaudi pro bonita= te tua Dñe, quem= admodum ſoles, ui= uifica me.*

6 *Adpropinquant enim, qui à lege tua ſunt alieni, & iniu ria pſequũtur me.*

7 *Adpropinqua et tu Domine, firmæ ſunt enim promißiones tuæ.*

8 *Ab ipſo exordio id noui de conteſta= tionibus tuis, quòd eas fundaſti, ut ſint ſem piternæ.*

4 Anteuerterunt oculi mei vigilias nocturnas, vt exercerem me in ver bis tuis.

5 Vocem meã audi pro benignitate tua, ſecundũ iudicia tua vitam dona mihi Domine.

6 Magno conatu ege= runt qui perſequuntur me, vt ſcelerata deſi= gnarent: quare à lege tua abſunt quàm remotiſ= ſimè.

7 Propè ades tu Domi= ne, & omnia mandata tua æquitas.

8 Ab initio cognoui de admonitionibus tuis, qđ perpetuò ſtabiles eſſe vo lueris eas.

ר

Vide humilitatē meā.

1 *Aspice adflictionem meam, et eripe me: legis enim tuæ non obliuiscor.*

2 *Suscipe causam meam, & adsere me, & secundum eloquium tuum uiuifica me.*

3 *Longè abest à sceleratis salus: nã legem tuam non requirunt.*

4 *Miserationes tuæ multæ sunt Dñe, p tuo more uiuifica me.*

5 *Quantumuis multi sint hostes & persecutores mei à contestatiõibus tuis tamen non declino.*

ר Res.

1 Vide afflictionem meam, & libera me, quia doctrinæ tuæ non sum oblitus.

2 Patrocinium suscipe causæ meæ, & redime me iuxta verbum tuum, ne sinas vitam adimi mihi.

3 Procul abest ab impijs salus: quia mandata tua non fuerunt curæ illis.

4 Infinitis modis misericors es Domine, secundum constitutiones tuas æquissimas vitã tribue mihi.

5 Multi sunt, qui persequuntur me, & hostes mei numero sunt plurimi, à constitutioni

6 *Quũ præuarica
tores uideo, qui iuſ
ſa tua nõ cuſtodiũt
totus mœreo.*

7 *Vides, quòd man
data tua exoſculor
Domine, pro tua er
go benignitate uiui
fica me.*

8 *Ab æterno eſt ue
rax uerbum tuũ, &
in perpetuũ uniuer
ſa iuſta iudicia tua.*

ש

1 *Tyranni perſe-
quũtur me inſontẽ,
ſed uerba tua reue-
retur cor meum.*

bus tamen tuis non de-
clinaui.

6 Aſpiciebam præuari-
catores, & ĩuaſit me hor
ror propter amentiam il
lorũ, quòd viderem mã-
data tua non obſeruari
ab illis.

7 Reſpice miſericordi-
ter me, quia mãdata tua
amaui, Domine pro tua
benignitate miſereat te
mei.

8 Caput & ſumma ver
borum tuorũ ſtabilitas
perpetuò durabit ęquiſ
ſimum iudiciũ tuum.

ש *Schin.*

1 Potẽtes principes per
ſecuti ſunt me, quos non
tãtopere metui: ꝙ̃ timui
ex animo, ne à verbis
tuis diſcederem. Princi-pes per-ſecuti ſunt.

2 Plus capio volupta-
tis ex verbis tuis, quàm

2 *Ad eloquia tua perinde gaudeo, ac*

præcepta tua elegi.

6 *Desyderio salutis tuæ Domine afficior, & lex tua deliciæ meæ sunt.*

7 *Viuat anima mea ut te collaudet, cũ mihi pro tuo more auxiliatus eris.*

8 *Erro sicut ouis perdita, quære seruum tuũ: quia præceptorum tuorum non obliuiscor.*

tua elegi.

6 Optaui mihi salutem abs te Domine: lex enim tua oblectationi valde fuit mihi.

7 Viuat anima mea, vt laudibus extollere possit te, & iudicia tua robur addant mihi.

8 Aberraui sicut ouicula, quę peritura videtur, require seruũ tuũ: mãdata eñ tua nõ sum oblit⁹.

CXX.

1 AD Dominũ, quũ pessimè esset mihi, clamaui, & exaudiuit me.

2 Domine libera animã meã ab homine bilingui & fraudulento.

PSAL. CXX.

Ad dominũ quũ tribularer clamaui.

1 *AD Dominum cum tribulor, clamo, & succurrit mihi.*

2 *Domine libera animam meam à labijs mendacibus, & à lingua dolosa.*

3 *Quid reddat, aut addat quis tibi lingua dolosa?*

4 *Sagittas fortes & acutas, carbones etiam ignitos.*

5 *Hei mihi, quoniã exiliũ meũ prolongatur, habito inter tabernacula tristiũ.*

6 *Fastidio adficit animam meam habitatio inter pacis osores.*

7 *Ego enim cũ pacẽ meditor, isti bellum adornant.*

PSALNVS.

C.X.X.I.

3 Quantum putas nocet tibi lingua fraudulenta?

4 Profectò quantum vllæ sagittæ, quas iaculatur fortissimus quisque vir arcu, easq; acutas, quarum acies inter volandum tantũ concipiet ardoris, quantum habere solent carbones iuniperorum.

5 Male agitur mecum, quòd exulem in Mesech, & habitare cogar in tabernaculis Cedar.

6 Lõga videtur animæ meæ mora, qua inuitus detineor inter eos, qui pacis sũt osores.

7 Mihi nil magis erat cordi quàm pax, ad quam si hortabar eos, nõ solum nõ amplectebãtur eam, sed bellum potius inferre conabantur.

C.X.X.I.

Leu. oculo meos

1 OCulos meos ad mõtes attollo, de qbus mihi auxilium aduenit.

2 Auxiliũ meum à Domino, qui fecit cœlum & terram.

3 Nõ dat, ut moueatur pes tuus, neque dormit custos tuus.

4 Non dormit, & non stertit Israëlis custos.

5 Custos enim tuus Dominus est, umbra tua, quiq; dextera tua ducit te.

6 Vt per diem sol non urat te, neq; luna in nocte.

1 CIrcũferebam oculos meos veluti stans in monte sicũde viderẽ fortè ferri suppetias mihi.

2 Verùm deprehẽdi nullum esse mihi sperãdum auxiliũ, nisi à solo Domino, qui autor est cœli & terræ.

3 Ille enim nõ sinet vacillare pedes tuos, nec dormiet vnquam custos ille tui.

4 Profectò neq; dormiet vnquam, neq; vel leuiter obdormiscet, q curat Israëlem.

5 Bono animo sis, dominus curat te & tua: erit instar vmbraculi tibi ad dexteram manum adstans assiduè.

6 Hoc vmbraculo fiet, ne ardor interdiu lædat te, neq; luna frigore suo noctu.

7 *Dominus custodit
te ab omni malo,
custodit animã tuã.*
8 *Dominus custodit
exitũ, & introitum
tuum, hinc usq; in
perpetuum.*

7 Dominus curabit, ne
vllum malũ infestet te:
curam enim geret ani-
mæ tuæ.
8 Domino curãte pro-
spera erit ꝑfectio quæ-
cunq; tua, & reditus
tuus in patriam, à pri-
ma hora vsq; in finem
vitæ.

PSAL. CXXI I.

1 *HIs ego gau=
deo, qui mihi
dicunt, Eamus do=
mum Domini.*
2 *Stent pedes no=
stri in portis tuis
Ierusalem.*
3 *Ierusalem quæ cõ
dita es, quomodo
urbs quælibet nobi
lißima, cuius ciues in unum coëunt.*

CXXII.

1 GAudebã ex animo,
quum dicerẽt mihi,
in domum Domini ibi-
mus.
2 Stabunt pedes nostri,
in portis tuis Hierusa-
lem.
3 In portis inquã Hie-
rusalẽ sic extructę, quẽ-
admodũ erat olim, quũ
esset ciuitas, ad quã sta-
tis anni temporibus cõ-
fluebat populus vniuer-
sus, & recipiebatur cõ-
modissimè.

Lætatus sum ĩ his quæ.

4 *In quã aſcẽdunt tribus, tribus Dñi, cœtus Iſraëlis ad cõfitendũ laudem nomini Domini.*

5 *Iſtic enim conſiſtit iudicij ſoliũ, ſoliũ domus Dauid.*

6 *Precemini ſalutem Hieroſolymis, felices ſint, qui diligunt eam.*

7 *Salua ſint uniuerſa, quæ poßides, opulentia ſit in ædibus tuis.*

8 *Propter fratres & cognatos meos, libens precabor tibi ſalutem.*

9 *Propter ædem Domini Dei noſtri bo-*

4 Eò enim proficiſci ſolent tribus, tribus inquam, & tota turba Iſraëlitici populi, vt laudarent nomẽ Domini.

5 Quo tempore ibi collocabant ſedes ad exercenda iudicia, & ſolium familiæ Dauid.

6 Optate pacẽ ipſi Hieruſalẽ, feliciter eueniãt omnia illis, qui beneuolunt & amant eam.

7 Sit pax, & nemo infeſtet valla tua, proſpera ſint omnia in palatijs tuis.

8 Propter fratres meos & amicos meos optabo etiam nunc, vt omnia proſperè eueniant tibi.

9 Propter domum Do-

num tibi quæram.

PSALMVS

CXXIII.

1 *AD te oculos*
meos leuo, ò
cœlorũ habitator.
2 *Nam pinde atq;*
miniſtrorũ oculi ad
manus Dominorum
ſuorũ: & quemad=
modũ oculi ancilla=
rum ad manus heræ
ſuæ: ſic oculi noſtri
ad Dominũ Deum
noſtrũ intenti ſunt,
donec miſereatur
noſtri.

mini Dei noſtri, modis
omnibus prodeſſe cupe/
rem tibi.

CXXIII.

1 AD te ſubleuaui ocu/
los meos, ò habita/
tor cœlorum.
2 Quemadmodum enim
oculi ſeruorũ obſeruãt
manus dominorum ſuo/
rum, & oculi ancillæ
obſeruãt manũ dominæ
ſuæ, vt longo labore fa/
tigati cibum accipiant:
ad eundẽ modum oculi
noſtri obſeruant Domi
num Deum noſtrum, vt
ille miſereatur noſtri.
3 Miſereat te noſtri Do
mine, miſereat inq̃ te
noſtri: mirificè enim
& ad nauſeam vſque
repleti ſumus contume/
lia.

...n
...ri
...m!

Ad te le/
uaui ocu
los meos

3 *Miſerere noſtri Domine, miſerere no=*
ſtri, quoniã ſaturi ſumus multo cõtemptu.

4 *Plus satis satura est anima nostra ludibrio fastuosorũ, & superborum uilipensione.*

4 Vehementer & ad saturitatem vsque plena est, & concoquere intra se cogitur anima nostra insultationem locupletum, & contumeliam hominum violenter superborum.

PSALMVS. CXXIIII.

Nisi quia Dñs erat in nobis.

1 *Nisi Dñs à nobis stetisset, dic, quæso, Israël.*

2 *Nisi Dominus stetisset à nobis, cùm insurgerent in nos homines.*

3 *Iam uiuos deglutissent nos, cùm incensa esset ira eorum in nos.*

4 *Iam uelut aquæ obruissent nos: tãquam*

CXXIIII.

1 Nisi Domini beneficio, qui adfuit nobis, seruati essemus, fateatur ingenuè nunc populus Israël.

2 Nisi Domini inquam beneficio, qui adfuit nobis, seruati essemus, quo tempore insurgebat animo hostili hominũ multitudo in nos.

3 Tum viuos deglutiuissent nos: erant enim furiosissimi, & ira maximè accensi in nos.

4 Tum vndæ malorum obruissent nos, & flu-

torrentes ſuſtuliſſent nos.

5 *Iam penetraſſent ad animā noſtram undæ ſuperborum.*

6 *Gratiæ Dño, qui nō obiecit nos prædam dentibus eorū.*

7 *Vita noſtra tanquam auicula euaſit de laqueo uenantium: laqueus enim fractus eſt, & nos euaſimus.*

8 *Auxiliū noſtrū in nomine Dñi ſitum eſt, qui cœlos fecit & terram.*

PSAL. CXXV.

uius tranſiiſſet per animas noſtras.

5 Tum tranſiſſent inquā per animas noſtras vndæ malorum profundiſsimæ.

6 Omni laude maior Dominus, qui non permiſit nos prædam fieri dentibus illorum.

7 Quin potius animæ noſtræ liberatæ ſunt, quemadmodnm captus paſſer, qui præter ſpem elabitur è reti aucupis: rete enim frangebatur & quomodo ille auolauit, ita & nos liberati ſumus.

8 Fortitudo noſtra ſita eſt in fauore & auxilio nominis Domini, qui autor eſt cœli & terræ.

CXXV.

Qui confidunt in domino.

1 QVi Domino fidunt, simi=
les sunt
mõti Zion, qui non
mouetur loco, sed
in perpetuũ fidit.
2 Quemadmodũ
montes circũ Ieru=
salem sunt: ita Do=
minus est circũ po=
pulum suum, nunc
& in æternum.
3 Ne impiorũ sce
ptrũ immineat sor=
ti iustorũ, quò mi=
nus admoueant ma
num suam sceleribus iusti.
4 Benignus esto Domine in bonos & re=
ctos corde.

1 QVotquot credunt
se Domino, erunt
sicut mõs Sion, qui nũ
quam tolletur de loco
suo.
2 Hierusalem montes
quidem habet in circui
tu, verùm illi non hoc
possunt in defensionem
ciuitatis, quod Domi
nus, qui adest populo
suo à prima hora vsq;
in perpetuum.
3 Quare nõ sinet sedem
figere eum, qui sceptro
impietatis tyrannidem
exercet, in ea loca, quæ
veluti diuina sorte obue
nerunt iustis, ne & iusti
ipsi extendant ad per
petranda scelera manus
suas.
4 Benefac Domine bo

5 *Qui autẽ ad ma=*
litiam suã auertun
tur, ducit Dominus
inter sceleratos.
Sed Israëli pax sit
& salus.

PSALMVS
CXXVI.

1 *QVum conuer*
teret Dñs ca
ptiui=
tatem Zion, quieti
restituti sumus.
2 *Tunc implebatur*
risu os nostrum, &
lingua nostra exul=
tatione: tunc inter
gẽtes etiam diceba
tur, Dominus res magnas cum illis fecit.

nis, & his, qui candido
sunt pectore.
5 Illos verò, qui aliis
præcipitia parant, ire
ipsos per preceps coget
Dñs, quẽadmodũ homi
nes sceleratos æquũ est:
trãquillitas autẽ & pax
erit apud Israëlitas.

CXXVI.

1 QVum reuocaret
Domin⁹ ab exilio
nos, q captiui ex Sion
abducti fueramus, præ
gaudio visi sumus non
assecuti tantũ boni, sed
somniare.
2 Tum implebatur os
nostrum risu, & lingua
cantu: tum dicebant gen
tes, quæ nos captiuos
detinuerant, supra mo-
dum magna sunt & stu-
penda, quæ facit Domi
nus in gratiam horum.

In cõuer tẽdo dñs captiuita tẽ Sion.

3 *Et profectò ma=*
gna fecit Dominus
nobiſcum, id quod
nos iuuat,
4 *Vertiſti Domine*
captiuitatẽ noſtrã,
nõ ſecus quàm cum
Auſtro flante tor=
rentes exiccantur.
5 *Qui cum lachry*
mis ſeminauerãt, cũ
gaudio meſſuerũt.
6 *Qui ocyus abi=*
bat, & flens captũ
ſemen proijciebat,
iam feſtinus redit,
ac lætus manipulos
ſuos reportat.

PSAL. CXXVII.

3 Ita profectò res ha-
bet, vt dicitis: magna
enim ſunt, quæ Domi-
nus noſtra cauſa facere
inſtituit: quare gaudio
affecti ſumus maximo.
4 Perge Domine reuo-
care nos è captiuitate cũ
eo gaudio & fructu, quo
terra ſitiẽs excipit fluen
tes per eã riuulos aqua
plenos.
5 In quam qui ante irri
gationem iecerant ſemẽ
deſperantes propemo-
dum, & cũ fletu: illi me-
tent, quæ prouenerũt de
improuiſo cum gaudio
ſummo.
6 Hi enim ſoliciti ibãt,
& flentes portabant in
ſterilem illum agrũ ſe-
men precioſum iacturi:
verùm redeũtes gaudio
pleni referent manipu-
los expectatione ſua lon
gè plures.

CXXVII.

1 *NIsi Dominus*
ſuſtineat do=
mum, fruſtra ſudãt
qui eam ſuſtimere
ſatagunt: & urbem
niſi Dominus custo
diat, fruſtra excu
bat cuſtos.
2 *Fruſtraneum eſt,*
ſi poſtquàm quie=
ueritis, quàm matur
rimè ſurgatis: ſi do
lorũ panẽ ederitis,
niſi ille amatis ſuis
ſomnum concedat.
3 *En iſti ſunt ſors,*
filij, peculium, &
nati Domini.

1 SI Dominus nõ extru
xerit domum fruſtra
ſudabunt laborãtes, qui
conantur extruere eam:
ſi Dominus non custo-
dierit ciuitatem, fruſtra
vigilabit, cui cura incũ-
bit cuſtodiendi eam.
2 Nihil ſuccedet vobis,
etiam ſi ſummo manè
ſurrexeritis, & ſurſum
ac deorſum curſitantes
ſedere recuſaueritis, nõ
aliter ſudãtes, quàm qui
ſummis laboribus vi-
ctum ſibi parant: quod
enim vos veſtro ſtudio
fruſtra perficere cona-
mini, id Dominus da-
bit illi quem diligit, ſine
negotio.
3 Ecce hæreditas, quam
Dominus dat, filij ſunt,
& præmiũ præcipuum,
fructus ventris.
4 Quanta eſt vis in fa-

Nisi Dñs
ædifica-
uerit do-
mum.

4 *Velut iacula in manu herois, ſic*

adolescentes filij.

5 O beatum qui ex eis pharetram suam impleuit, non enim pudefiēt, cùm hostem suũ in porta alloquentur.

gittis, quas iaculatur ar cu vir quantumuis fortis, tanta est in filijs adolescentibus.

5 Felix ille vir qui plenam habet pharetram telis eiusmodi: is enim non suffundetur pudore quotiescunq; contigerit illum filijs comitatum cõtendere cum aduersarijs suis in porta, & frequentia populi.

PSALMVS CXXVIII.

Beati omnes q timēt dominum.

1 O Beatos oẽs qui Dominũ colunt, & in uijs eius ambulant.

2 Sic enim, quæ labore manuum tuarũ paraueris, fruēris, O beatum & felicem te.

3 Vxor tua similis

CXXVIII.

1 FElix ille quisquis timens est Dei, & viuit secundum præscripta illius.

2 Prosperabitur labor manuum tuarum quisquis es talis, & cibum suppeditabit, quem comedas: feliciter euenient omnia tibi, & diues fies.

3 Vxor tua similis erit viti fructiferæ, quæ sese

est fœcundæ uiti,
quæ lateri domus
tuæ adhæret: filij
uerò tui uelut consi
tæ ex ordine oliuæ,
circũ mensam tuã.
4. *En hoc modo bea*
tus redditur uir,
qui Dominũ colit.
5. *Sic ditabit te Do*
minus de Zion, ut
felicem uideas Iero
solyma, per omnem
uitam tuam.
6. *Vt simul uideas*
filios filiorum tuo=
rum, & pacem in
Israële.

PSAL. CXXIX.

propagabit per omnia
latera domus, & filij
tui veluti plantulæ oli-
uarum cingentes men-
sam tuam.
4. Ad hunc profectò
modum locupletabitur
vir, qui reueretur Do-
minum.
5 Felicem faciet te Do-
minus ex Sion, quis-
quis talis es: videbis e-
nim & particeps fies fe-
licitatis promissæ ipsi
Hierusalem cunctis die-
bus vitæ tuæ.
6. Videbis prætereà, &
voluptatem capies ex
filiorum tuorum filijs,
quòd trãquillè & sum-
ma cum pace versari cõ
spicies eos inter Israëli-
tas contribules suos.

CXXIX.

1 *Saepe oppugnauerunt me à iuuentute mea, dicat obsecro Israël.*

Sæpe ex pugnauerunt me.

2 *Sæpe oppugnauerunt me à iuuentute mea, sed non superauerunt me.*

3 *Supra dorsum meũ arauerunt pro sua libidine, & sulcos suos duxerunt.*

4 *Iustus autẽ Dominus incîdit impiorum funes.*

5 *Vt cõfusi retro cesserint omnes, q Zion odio habent.*

6 *Similes facti sunt fœno in tectis, quod*

1 VEhementer nocere conati sunt mihi ab annis plurimis, & veluti ab ineũte ætate dicere poterit meritò Israël.

2 Miris inquam modis nocere conati sunt mihi ab ineunte ætate, sed non potuerunt subuertere me.

3 Dorso meo tantum oneris imposuerunt, vt signa in eo apparuerint, qualia aratores agris imprimere solent, & veluti sulcos longos induxerint.

4 Sed Dominus iustus rupit funes, quib' astrinxerant impij me.

5 Pudefiãt, & in fugam conuertantur, quotquot odio habent Sion.

6 Fiant similes herbæ crescenti in tectis domorũ, quæ priusquàm

antequàm falx ſtringatur, exaruit.

7 *De quo nec implet manum ſuam metens, nec ſinum ſuum in manipulos colligens.*

8 *Vbi prætereuntes nõ bene precantur, dicendo:* Ditet *uos* Dominus, *bene optamus uobis per nomen* Domini.

in eam magnitudinẽ excreuerit, vt demeti poſſit, exaruit.

7 Qua non dignabitur manum implere & domum deferre vllus meſſor: nec ſinũ is, qui precariò manipulos à meſſoribus prætcritos colligere ſolet, pauper.

8 Nec vlli prætereuntes dixerunt, Proſperè eueniat hæc ſeges, Domini beneficio, vobis: nec digna viſa eſt cuiquam, vt diceret, Optamus vobis felicem à Domini benignitate meſſem.

PSALMVS. CXXX.

1 *E Profundis inuoco te Dñe,*

2 *Dñe exaudi uocẽ meam: ſint aures*

CXXX.

1 QVum tantum non obrut⁹ eſſem profundiſsimis malorũ vndis, tuum auxilium imploraui ò Domine.

De ꝓfundis clamaui ad te Dñe.

2 Domine exaudi vocem meam, ſint, quæſo, aures tuæ attentæ ad

tuæ attentæ ad uo=
cem querimoniarũ
mearum.

3 *Cõmiſſa enim ſi*
imputes Dñe, Dñe
quis non cadet?

4 *Sed placabilis es,*
ut te reuereamur.

5 *Spes mea Domi*
nus, quo fidit ani=
ma mea, & uerbo
eius fidem habeo.

6 *Anima mea Do*
mino intenta eſt ab
excubijs matutinis
uſque ad excubias
matutinas.

lamentabiles precatio-
nes meas.

3 Si ſcelerum, quæ admi
ſimus, perpetuò memor
eſſe volueris, & veluti
repoſita ſeruare apud te
Domine, ſubſiſtere quis
poterit?

4 Quare hoc potius ſe-
quere, quod genuinum
eſt tibi; vt remittas mi-
ſericorditer peccata no-
ſtra, & clementer erigas
collapſos, ſicq; ad ſyn-
ceram venerationem tui
inuites.

5 Expectaui ſedulò Do
minũ, expectauit & ani-
ma mea: & quia promi-
ſerat ſe adfuturũ, nun-
quâ dubitaui, quin eſſet
ſtaturus promiſſo.

6 Anima mea ardentius
expectat aduentum Do
mini, q̃ vigiles noctur-
ni tempus matutinum:
vigiles inquam, qui ſomno grauati, matutinum
expectant tempus, quo dormire liceat ipſis.

7 *Iſraël Domino fidat: quoniam multa eſt apud Dominum tum bonitas, tum libertas.*

8 *Ipſe enim Iſraëlẽ liberat de omnibus peccatis ſuis.*

7 Expectet, ſi ſapit, quiuis ex Iſraël Dominũ: eſt enim natura miſericordiſsimus, & ſuapte natura ad ſuccurrẽdum propenſiſsimus.

8 Quare ipſe liberabit Iſraëlem ex omnibus, quantumuis fuerint variæ, iniquitatibus eius.

PSALMVS CXXXI.

1 *DOmine cor meũ nõ effero, neq; extollo oculos meos: non uerſor in rebus ſupra me magnificis aut mirificis.*

2 *Sed pono, atque compeſco animum meum, quemadmodum ablactatus erga*

CXXXI.

1 DOmine non fui animo vnquam elato, neq; oculis nil niſi magna ſpectantibus: neq; ambiui magna, & quæ miris modis eſſent ſupra me.

Dñe nõ eſt exaltatũ cor.

2 Si non ſic compoſui, & compeſcui animum meum, ne alius ſibi videretur collatus tecum, quàm infans ab vberibus matris ſuæ recens

matrem suã: animus meus à lacte abstra cto similis est.

3 *Israël enim spe= rat in Dominũ hinc usq; in sempiternũ.*

PSALMVS

CXXXII.

1 MEmor esto Dñe Dauid *cum omnibus affli= ctionibus eius.*

Memen to Dñe Dauid.

2 *Vt iurauerit, ac uouerit Dño, atq; heroi Iaacob.*

3 *Non ingrediar, inquiens, in ta= bernaculum domus meæ, neq; ascendam*

depulsus, qui solus fige re gressus nõ potest, sed matris sustentatur ma nu: si non ita semper me iudicaui sine tuo auxi lio nihil posse, & animã meam eiusmodi infanti similẽ, frustrer spe mea penitus.

3 Expectet, si sapit, qui uis ex Israël Dominũ, & pendeat ab eo ab hac hora assiduè vsque ad finem vitæ.

CXXXII.

1 RAtionem habe Do mine, idq; in bonũ ipsius Dauid, malorũ, quæ perpessus est plu rima.

2 Qui & iuramento sese obstrinxit, & san ctè promisit ei, per quẽ potest quicquid potest Iacob.

3 Se non ingressu rum ædes suas, neque

cubile lecti mei.
4 *Non indulgebo somnũ oculis meis, neq; palpebris meis soporem.*
5 *Donec parem locum Domino, & tabernaculum heroi Iaacob.*
6 *Eum ecce locum audiuimus in Ephrata, reperimus in regione saltuosa.*
7 *Introëamus ergo in tabernacula eius, adoremus scabellũ pedum eius.*

ascensurum lectũ suum.
4 Neque permissurum oculis suis, aut palpebris somnum.
5 Priusquàm inuenisset locum Extruendo altari Deo gratum, & tabernacula in venerationem illius, per quem fortis est posteritas Iacob.
6 Ecce de improuiso inuenimus locum illum in Effrata: inuenimus inquam illum in campis syluosis.
7 Eamus ergo in tabernacula, quæ ipse elegit sibi, prosternamus nos supplices ante scabellum pedum illius.
8 Exurge Domine & veni in eum locũ, quem ad hoc elegisti tibi, vt præ cæteris peculiari,

8 *Surge Domine ad mansionem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ.*

9 *Sacerdotes tui in*
*duant iustitiam, & *
sancti tui exultent.
10 Propter Dauid
seruũ tuum ne diffe
ras aduentum Chri
sti tui.
11 *Iurauit enim* Do
minus ipsi Dauid *ex*
fide, quod non mu=
tabit: De *semine uẽ*
tris tui ponam in so
lium tuum.
12 *Si custodient fi=*
lij tui fœdus meum,
& contestationes
meas, quas docebo
eos, iam & filij eo
rum in perpetuum in solio tuo sedebunt

ter requiescas in eo, ve
ni inquam tu, & arca,
per quam sæpe omni
potentia tua apparuit.
9 Sacerdotes tui induãt
iustitiam, vt sancti tui
habeant, quur seriò ex
ultent.
10 Propterea quòd Da
uid seruus tuus ipse o
rat, ne auertas faciem à
Christo tuo.
11 Iuramento astrinxit
se Dñs ipsi Dauid, &
fidem dedit quam nun
quàm violabit, dicens:
De fructu vẽtris tui col
locabo in solio tuo.
12 Si custodierint filij
tui pactum meum, & ce
remonias, quas doctu
rus sum eos, filiorũ tuo
rum nepotes, & qui na
scentur vllo tempore ab
illis, in eodem regni so
lio propter te sedebunt.

13 *Dñs enim eligit Zion, eligit eam si=*
bi in domicilium.

14 *Hæc, inquiens, requies mea erit in*
perpetuum, hîc ha=
bitabo: quoniã dele
ctor ea.

15 *Annonam illius amplificabo, et pau*
peres eius saturabo
panibus.

16 *Sacerdotes illius induam salute, &*
sancti eius incessan
ter exultabunt.

13 Elegit enim Domi-
nus Sion, sic amauit eam
vt habitare constituerit
in ea.

14 Hic erit, inquiens, lo-
cus ad quiescendum mi
hi perpetuò: hîc habita
bo, quia amaui eam.

15 Annonã eius copio-
sissimam faciam; egenis,
qui in ea sunt, cibum ad
saturitatem vsque suppe
ditabo.

16 Sacerdotes eius ve-
stiam salute, cuius parti
cipem facient & plebem
vt sancti tui habeant,
quur ser iò exultent.

17 Ibi florere faciã cor-
nu ipsius Dauid, paraui
lucernam Christo meo.

18 Inimicos illius indu
am pudore & infamia:

17 *Istîc progerminabo cornu ipsi Dauid,*
& lucernam Christo meo comparabo.

18 *Hostes eius amiciam confusione, su=*

per ipso autē florebit corona eius.

in capite autem illius fulgebit diadema.

PSLMVS I.

CXXXIII.

1 *EN quàm honesta & iucūda res est, quū fratres unanimiter cohabitant.*

Ecce q̄ bonū & q̄ iocundum.

2 *Perinde est ac dum preciosum unguentum in caput & barbā Aharon funditur, ut ad orā uestimenti eius descendat.*

3 *Sicut ros Hermon qui descendit in montes Zion: istic enim promisit Dominus abundantiam, &*

CXXXIII.

1 DIci nō potest, quàm bona sit res & suauis, habitare vnà fratres inter se concordes.

2 Suauior erit eorum concordia oleo illo fragrantissimo, quod fundi solet in caput, & defluere in barbam, barbā inquam ipsius Aaron, & in oras deinde vestium illius.

3 Suauior erit rore, qui discendit in montem Hermon: vel rore, qui discendit in montem Sion, & illos, qui Sion vicini sunt, vbi constituit Dominus insignem illam munificentiam suā ostendere, & vitam insti-

ritam fore usque in sempiternum.

PSALMVS CXXXIIII.

1 EN uos omnes serui Dñi, qui nocte statione servatis domi Dñi, laudate Dominum.

2 Sublatis in sanctuario manibus uestris laudate Dñm.

3 Et ditabit uos Dominus de Zion, q fecit cœlos & terrã.

PSALMVS CXXXV.

1 LAudate serui Domini, laudate nomen Domini.

tuere, quæ duratura sit perpetuò.

CXXXIIII.

1 EIa laudibus extollite Dominũ quotquot estis cultores illius: nũquam enim satis laudare illũ poteritis, etiam si totas noctes in templo Domini laudantes perstiteritis.

Ecce nunc benedicite.

2 Leuate manus vestras versus locum sanctitati illius dicatum: & quantum potestis, laudibus extollite Dominum.

3 E diuerso Dominus ille optimè faciet tibi è Sion, qui autor cœli est & terræ.

CXXXV

1 LAudib⁹ extollite nomen Dñi: laudibus

Laudate nomen Domini.

2 *Qui ministratis domi Dñi, in atrijs templi Dei nostri,*
3 *Laudate Dominum: quia bonus est Dominus: psallite nomini eius, quia iucundum est.*
4 *Dñs enĩ elegit sibi Iaacob, & Israëlem in peculiũ suũ.*
5 *Quoniam ipse scio quòd magnus est Dñs, & Dominus noster super omnes Deos.*
6 *Quicqd Domino placuit, fecit cũ in cœlo & terra,*

inquã extollite vos, qui cultores & serui estis Domini.
2 Qui statis in templo Dñi, & in atrijs estis domus Dei nostri.
3 Laudate Deum seruatorem: benignus est enim Dominus: quare psalmos canite in laudem gratiosissimi nominis illius.
4 Elegit enim sua sponte Iacob sibi seruator ille Deus, & Israëlem, vt sit illi veluti ornamẽtum quoddam & gemma preciosa.
5 Ego certè noui magnum esse Dominum, & Dominum nostrum esse potentiorẽ reliquarum nationum vniuersis nihili Dijs.
6 Quicquid enim libitum fuit vnquã Domino facere, id factum est, tam in cœlo, quàm in

tum in mari atque omnibus abyßis.

7 *Adducit nubes à finibus terræ, fulgura uertit in pluuiam, & uentos de loculo suo profert.*

8 *Qui percußit Aegypti primogenita tam hominum, quàm pecorum.*

9 *Misit signa & portēta in medium tui ô Aegypte, in Pharaonem & in omnes seruos eius,*

10 *Qui pcußit gentes magnas, & occidit reges fortes.*

terra, & potestatem habet in vastißima illa maria, & in oĩa quæ vsq̃ abstrusa latent etiam in locis profundißimis.

4 Orietur sol, & occidet sol: & vbi ad locum suum præ opere anhelans redierit, iterum ibi sine cessatione orietur. Sol suo motu omnia, q̃ sub ipso sunt, immutat.

5 Flat nunc versus Austrum ventus, nunc versus Aquilonem, & versus alias deinde orbis partes, donec singula irrequietè lustrando reuertatur eò, vnde flare cœperat.

6 Omnia flumina influūt in mare, & mare
nō exūdat: remittit em̄ mare ea, ad loca vnde
fluere cœperant, vt rursus in mare influant.

> Ipsi oculi iter vidēdū, & aures inter audiēdū, assidue mutant: & aër p quē rerū simulachra ad sensus diffundūtur, assidue vēto agitatur.

7 Omnes res, dum absque vlla intermissio
ne currunt, sic lassæ fiunt, vt nō possit homo
apposite de eis quicquā proloqui: non enim
subsistunt, donec oculis quantumuis diligen
ter cōtemplantis, vel auribus auidissime au-
scultantis fiat satis.
8 Quicquid olim fuit, nunc est, & simile est
illi, quod paulò pòst erit: quicquid factū est
olim, nunc est, & aliquantò pòst simile illi
fiet: in summa nihil oīno est sub sole nouū,
quod huic vicissitudini obnoxium non sit.
9 Inueniri ne poterit res vlla, de qua dicere
liceat, Hæc res noua est? non profectò: fuit
enim seculis superioribus, & interijt, sicut &
hæc interitura est.
10 Primorum nulla apud nos nūc extat me-
moria: funditus enim interierunt: neq; ho-
rum, quæ nunc stulti miramur, vlla apud po
steros memoria erit.
11 Ego concionator, quāuis rex essem totius
populi Iudaici, habitans in Hierusalem.

12 Toto pectore in hoc incubui, vt ſapien-
ter inueſtigando, perdiſcerem quicquid ſub
ſole fiat.

13 Hoc moleſtũ cognoſcendi ſtudiũ immiſit
Deus in animos hominũ, vt eo ſe torqueant.

14 Conſideraui omnia, quæ ſub ſole fiunt,
& deprehendi nihil eſſe in rebus omnibus
præter meram vanitatem, quæ tamen homi-
nis animum mirificè torqueat.

15 Quod corruptum eſt, reſtitui non poteſt:
quæ autem aſsiduè corrumpuntur, innume-
ra ſunt.

16 Dixi apud me, multũ promoui ſtudium
ſapientiæ, & adieci plurima ad ea, quæ à ve-
teribus inuenta ſunt: mea enim diligẽtia plu-
rima ſunt inuẽta, quæ ad ſapientiã & rerum
cognitionem multum faciunt.

17 Totum enim me tradidi ſtudio ſapientiæ
eamq́; quò certius aſſequerer, etiam homi-
num inſanias & ſtultitias diſcere conatus
ſum: verum conando cõperi, & hoc ſtudium
eſſe inſignem quendam animi cruciatum.

18 Qui enim conatur ſupra modum ſapiens
fieri, plurima experiet̃ valde ingrata: & qui

ad priorem eruditionem aliquid addere vo-
let, id ſine magna moleſtia non perficiet.

CAPVT II.

1 DIxi itaq; apud me, ſuppeditabo tibi
omnis generis iocos, & quicquid
riſum excitare poterit, oblecta te il-
lis: ſed & hæc quoq; citò vana iudicaui.
2 Riſui enim dixi, dementas homines: iocis
verò, non pudet ſic ineptire?
3 Statui itaq; apud animum meum, longis
conuiuijs & multo vino corpus meum mol
liter curare, & ſtultitiam, quæ eſt in reliquis
rebus, experiẽdo diſcere: ſi fortè poſsit vſquã
inueniri aliquid dignum, quo ſe occupet hu-
manus animus: dum hæc permitto corpori
diſcendi gratia, animus vſque ſuũ officium
facit, ſingula ſapienter conſiderans.
4 Tentaui itaq; nõ vulgaria, ſed ædes extru-
xi magnificas, plantaui vineas.
5 Paraui mihi hortos & paradiſos, & in eis
plantaui arbores fructiferas omnis generis.
6 Aptaui mihi aquæductus, quibus hæc ar-
borum fructiferarum ſylua poſsit irrigari.
7 Emi mihi ſeruos, & ſeruas, & ex eis nati

ſunt mihi vernæ: armenta prætereà & mino
rum animaliū greges poſſedi plures, quàm
vllus ante me in Hieruſalem.
8 Congregaui mihi argentum & aurum, &
ea quæ propriè pertinent ad reges, & prouin
ciarum dominos: conquiſiui mihi cantores,
& cantatrices, & quarum amore nulla natio
non capitur, puellas plurimas.
9 Magnus hoc pacto ſum factus, & ſupera=
ui omnes, qui ante me fuerūt in Hieruſalem:
interim ſapientia mihi in omnibus adfuit,
quæ de ĳs, iudicaret.
10 Quicquid ex his oculis putaui fore gratū,
illis obtuli, nihil ab eis abſcōdens: nec auoca=
ui cor meum ab vllo genere lætitiæ: quin po=
tius animus meus explet ſe, quantum poteſt
oblectatione harum rerum, quæ tãto ſtudio
cōquiſitæ ſunt: nec alium ſenſi fructum tam
moleſti conatus, quàm vt oculos paſcerem,
& animus ſe nonnihil recrearet.
11 Cœpi itaq; tãdē oīa, quæ feciſſem, recēſere,
& quantū laboris inſumpſiſſem priuſquàm
hæc perficerentur, & deprehendi omnia pla=
nè eſſe res nihili, quæ interim tamē animum

crucient, neq; vllum stabilē ex re quauis fru-
ctum capi posse in hac vita.

12 Iterum me conuerti ad ea, vt saltem vide-
rem, quāta sapientia vsus essem in omnibus
illis: & deprehendi in vino insaniā multam,
& in reliquis manifestam stultitiam: quid
enim est homo, vt imitatione regis Dei, ali-
quid magni conetur, cum nullam quantūuis
paruam ex omnibus rebus, quas ille innume
ras fecit, æquare posset?

Nec Salomonē in oī gloria &c. Luc. 12.

13 Vidi tantum inter sapiētiam & stultitiam
interesse, quantum interest inter lucem & te-
nebras.

14 Sapiēs enim habet oculos in frōte, stultus
verò veluti cæcus palpitat in tenebris: sed in-
terim video eundem habere exitum omnia.

15 Dixi ergo apud me si ego ab illis, quæ ma
nent stultum, liber nō ero, quorsum conatus
sum, suprà quàm satis erat fieri sapiens? iterū
ergo iudicaui, ne sapientiæ quidem studium
carere vanitate sua.

16 Quia non erit diuturna memoria sapien-
tis magis, quàm stulti: quomodo enim id,
quod olim fuit, obliuioni nunc traditum est,

ſic & id, quod nunc eſt, ſubſequētibus annis obliuioni tradetur, & æquè morietur ſapiēs atque ſtultus.

17 Quare execrari cœpi miſerias viuētium, quòd viderem apud me, quantum ſine fructu ſit moleſtiæ in rebus, quæ fiunt ſub ſole: omnia enim inania ſunt, & nihil quàm animum cruciant.

18 Odiſſe etiam cœpi, quicquid feciſſem, quantumuis magno labore, ſub ſole: quòd relinquere id omne cogar alteri, qui mihi ſucceſſurus eſt.

19 Et quis nouit, futurus ne ille ſit ſapiens, an ſtultus? qualiſcūque erit, certè accipiet omnia mea, quæ tāto ſtudio, & tanta ſolertia paraui toto tempore vitæ meæ: certè hoc quoque planè vanum eſt.

20 Quare cor meū ſtatui liberare curis, quibus ſolicitus fui, & ſapienter agere viſus ſum ſub ſole.

21 Contigit enim hominem ſapientia & rerum cognitione, & frugalitate per omnia vſum, relinquere quicquid ſic illi partum eſt, alteri, qui eius laboris planè expers fuit: certè

hoc quoque vanum est, & meritò multùm
hominem torquet.
22 Quid enim accipit talis homo ex tam va-
rijs curis, & animi tormentis, quibus se tor-
quet sub sole?
23 Omnes dies vitæ eius miserabiles sunt,
& oēs conatus eius tædio pleni: per noctem
vix quietem admittit animus eius: profectò
hoc quoque insigniter stultum est.
24 Nihil melius homini, quàm si comedat,
& bibat, & oblectet animum suū, inter tam
varias solicitudines: hoc enim iudicaui à be-
nignitate Dei profectum.
25 Quis enim me vixit sumptuosior & libe-
ralior?
26 Certè homini cui bene volet Deus, dabit
eam prudentiam, & eam sapientiam, vt au-
deat vti rebus suis: peccatori autem immittet
solicitudinem augēdi, & coaceruādi in vsus
illius, quem Deus illa accipere volet: quare
neq; hoc insigni caret vanitate.

Ad liberalē corū quæ adsunt, vsū hortatē: & ab auaritia, pessima animi peste, deterret.

CAPVT III.

1 OMnium rerum vicissitudo est, neq;
quicquam est sub sole stabile.

2 Qui nunc gignuntur, aliquãdo morientur? quæ nũc plantãtur, alio tempore euellentur.

3 Nunc amputamus, quæ olim vt adolescerent, curauimus: nunc destruimus, quæ olim extruximus.

4 Interdum flemus, interdum ridemus: interdum mœsti lugemus, interdum præ lętitia subsilimus.

5 Nunc diruimus vetera ædificia, nunc ex eisdem lapidibus extruimus noua: nunc operam damus amplexibus, nunc ad amplexus nauseamus.

6 Honnunquam magno studio quærimus, quod pauló póst perdamus: nonnunquam comparcimus, quod posteà dilapidemus.

7 Quandoq; discerpimus, quod olím cõsuimus: quãdoq; velut muti tacemus, quãdoq; ineptè garrimus.

8 Interdum amamus, & iterum odio prosequimur amatum: interdũ inimicitias exercemus, quas iterum deponimus alio tempore, & pacem amplectimur.

9 Quem fructũ capit homo ex tam pugnantibus, & molestis occupationibus?

10 Deprehendi quòd Deus immiserit animis hominum eiusmodi molestas occupationes, vt ipsi se illis torqueant.

11 Quicquid fecit Deus, pulchrũ est suo tempore & loco: & mundum hunc totum expo suit examinandum ingenio illorum: verùm ipsi nullius, vel magnæ, vel paruæ, earum rerum quas Deus tam multas fecit, rationem inuenturi sunt.

12 Quare vidi nihil in omnibus illis rebus esse, quod homini bonũ esse posset, nisi fortè exhilarare illum sese, & bene facere sibi dum viuit.

13 Si homini contigerit animus, vt comedat ac bibat, & fruatur suis, inter tam varias miserias donum Dei manifestum esse putet.

14 Certò cognoui, quòd quicquid facit Deus, erit quale ipse id esse volet: neque quisquã adijcere quicquam poterit, neque ab eo quicquã tollere: & Deus quicquid fecit, in hoc fecit, vt nos illum, hæc tam varia videntes, reuereamur.

15 Quod fuit olim, nunc est, & decretum fuit olim, vt etiam temporibus futuris esset: as

duè nanque reuocat, quæ veluti fugata hinc abierunt.

16 Et tanquam non esset malorũ ex hac incõ
stantia satis, vidi locũ sub sole æquitati desti-
natum, in quo dominatur impietas: & locũ
iustitiæ, in quo regnat impius.

17 Dixi apud me admirãs, & iustum, & im-
pium iudicabit Dominus: ad eum enim refe
rentur iudicanda, quæcunq; aut cogitantur
nunc, aut fiunt.

18 Cùm non inuenirem causam aliam, quare
Deus hæc permitteret: visum est mihi, velle
illum huiusmodi humanis tumultibus ho-
minem sic exercere, vt videat se in hac vita
parum differre à brutis: non aliter enim inter
se homines tumultuantur, nec maiori sæpe
ratione, quàm bruta inter sese.

19 Insuper & interitus hominũ, & reliquo-
rum animantium, idem est: quomodo enim
moriuntur bruta, moriũtur & homines: nec
apparet ex ĩjs, quæ fiunt sub sole, aliam esse
hominis, & aliam brutorum animam, nec
vltra bruta animantia quicquã habere homi
nem; oĩa enim æquè vanitati subiecta sunt.

20 Quicquid eſt, ſiue homo, ſiue aliud ab ho
mine, ad eũdem locum tendit: ex terra enim
facta ſunt omnia, & in terram iterum reſol-
uentur.

21 Quotuſquiſq; interim nouit, an hominis
anima aſcenſura ſit ſurſum, & reliquorum
animantium cum corporibus interitura ſit?

22 Quare nihil inueni boni in omnibus his,
præterquàm boni conſulere omnia, & frui
partis ſine ſolicitudine: illis enim ſe homo
ſuſtentat, alia verò omnia extra ipſum ſunt,
& alijs relinquere cogetur: interim vt maxi-
mè velit ſolicitus eſſe, quis indicabit illi, quid
poſt ipſum futurum ſit?

CAPVT IIII.

1 COnuerti me ad alia, vt viderẽ quàm
varijs modis opprimãtur homines in
hac vita: & vidi flẽtes plurimos, cùm
iniuria afficerentur, nec eſſet quiſquã, qui eos
conſolaretur, & multò minus qui de violen
tis opprimentium manibus eos eriperet.

2 Quod cùm viderem, iudicaui feliciores
eos, qui vita olim defuncti ſunt, his, qui ad-
huc tam calamitoſè viuunt.

3 Quin & vtrisq; fortunatiores dixi eos, qui nunquàm nati fuerunt: illi enim nihil viderunt horum malorum, quæ in hac vita homines in homines designant.

4 Multa experiētia didici, hominū conatus, & studia non aliò tendere, q̃p vt quisq; vicino suo, quibus possit artibus, noceat, & rem propriā promoueat: quod quid est aliud, q̃p molestissimis curis animū miserè torquere?

5 Stulti quidam ab horum, quos diximus, moribus abhorrentes, vitium in contrarium currūt: iunctis enim manibus desidēt otiosi, & quicquid habent, consumunt, donec ad extremam inopiam perueniant, & carnem propriam rodere cogantur.

6 Melius, inquientes, est paululum ignauia, quàm multa laboriosè cum anxietate conquirere.

7 Conuerti me & ad alia, & vidi nouum vanitatis genus.

8 Inueniuntur homines soli sine socijs, sine liberis, sine cognatis, qui non aliter sine fine laborāt, quàm si illis innumeri alendi essent: cupiditatibus eorum nullæ diuitiæ satisfa-

ciunt: nec vnquam ad se redeunt, vt apud se
dicãt, Quibus laboramus? in quorũ gratiam
fraudamus genios nostros bonis, quæ pluri-
ma possidemus, & quorũ nõ est alius vsus,
quàm vt nosmetipsos oblectemus? hoc, si
quidquam aliud, insigniter stultũ est, & ani-
mi molestissimum tormentum.
9 Quare meliorem & cõmodiorẽ iudicaui
vitã duorũ vnà viuẽtiũ, quàm vnius solius:
adfert enim boni nõ parum ipsa societas: &
si nihil aliud, succurrũt mutuò in malis, quæ
in hac vita omnibus ferenda sunt.
10 Si enĩ alter eorũ ceciderit, alter collapsum
sociũ erigit: qui planè miser esset, nisi in ipso
casu haberet, qui manum illi porrigeret.
11 Si duo simul dormierint alter alterũ ca-
lefaciet, solus verò ægrè calidus fiet.
12 Si vnus aliquis vim facere conetur, duo
resistent illi: & funis triplicatus nõ facilè rum
pitur.
13 Melior est adolescens pauper, si sit corda-
tus, rege sene deliro, qui nõ sustinet amplius
admoneri.
14 Emergit nonnunquam è carcere quis, qui

vinctus ibi fuerat, & regno præficitur: cum è
contrario patre rege natus ad inopiam redi-
gatur.
15 Vidi maximo numero hoïes sequi adole-
scentem illũ, qui seni in regno successurus est.
16 Non minor fuit numerus eorũ, qui senẽ
hunc olim sequebantur, cùm regno præfice
retur, quàm nunc est qui nouũ hunc ambiũt:
& sicut grauis illis superioribus visa est pote
stas regia illius, qui nunc contemnitur: ita &
huius, qui nunc tantopere placet, grauis vide
bitur: quare & ambitus ille suam habet vani
tatem, & animi tædia.
17 Vide diligenter, quid faciendum tibi sit
ingressuro domũ Dei, vt ores: & scito illum
proximè tibi adesse, & audire cuncta: caue
ergo, ne multis verbis cum illo agas stulto-
rum more, quorum sunt ingrata Deo, quæ
faciunt omnia.

CAPVT V.

1 NE præceps sis in lingua tua oraturus
Deũ: neque properet cor tuum effun
dere verba in cõspectu Dei: est enim
Deus in cœlo, vnde tua omnia, qui in terra

degis, videt: quare paucis apud illum vtere
verbis.
2 Sicut diurnæ curæ gignunt ſomnia, ita
multa verba ſtultam faciunt orationem.
3 Siquid inter orandum promiſeris, abſque
mora illud perſolue: ne illum ſtultorū more
multa promittēdo, grauiter offendas: ſi quid
ergo promiſeris, præſta.
4 Melius eſt nihil promittere, quàm promiſ
ſa non præſtare.
5 Quare caue, ne linguæ futilitas totum te
peccato inuoluat: neque putes angelum, qui
tua obſeruat, rem tam æſtimaturum leuem,
quàm tu exiſtimabas: qui præ multitudine
verborum vix ſciebas, quid promitteres, aut
diceres: quod tu tam leue putas, Deū ſic offen
dit, vt non ſolum orationem tuam, ſed pro-
pter eam & alia opera tua ſit execraturus.
6 Sicut in multis ſomnijs plurima ſunt va-
na, ita & in multis verbis: quare tu Deum ex
animo reuerere.
7 Si videris vſquā oppreſsionē pauperis, &
ſubuerſionē æquitatis & iuſtitiæ, ne ſic mi-
reris, vt eiuſmodi latêre Deum putes: habet

enim oppreſſor ille ſuperiorem, qui ea, quæ facit, diligẽter obſeruat: & ſupra vtrũq; illorum alij ſuperiores ſunt.

8 Summum quod terra homini præſtare poteſt, eſt agellus aliquis, qui colenti eum ſatis eſſe poſsit, vt ex eo viuat: & cui ille cõtingit, & eo contentus eſt, is planè rex eſt.

9 Qui amat pecuniam, nũquàm illi tantum pecuniæ adferri poterit, vt ſit futuris contentus: & qui inhiat diuitijs, nũquàm ex eis fructum vllum capiet: quiſquis talis, inſigniter vanus eſt.

10 Vbi diuitiarum plurimum eſt, ibi plurimi ſunt, qui comedunt eas: & quid habet amplius is, cuius ſunt diuitiæ, quàm quòd videt alios eas conſumere?

11 Suauis eſt ſomnus ei, qui laborando exercet ſe, ſiue parum, ſiue multum comedat: ſaturitas autem diuitis, non ſinit illum dormire.

12 Inuenitur aliud triſtiſsimi mali genus: vidi ſub ſole diuitias magna diligentia cõſeruatas, in perniciem poſsidentium eas.

13 Perierunt opes illæ, & dominos ſuos gra-

uiter afflixerunt: neque enim ipsis, neque filiis
eorum, quicquam reliquum fuit.
14 Sicut nudi egressi sunt ex vtero matris,
ita nudi eò reuertentur, vnde prodierũt: neque
vlli quicquam eorũ hinc secum asportabũt,
quæ tantis molestiis conquisierunt.
15 Sed & hoc quoque, si nihil aliud sit, triste
malũ est, quod omnes quo modo intrauerũt in
mũdum, eo & relicturi sunt ipsum, & quid
proderit animum hic variis curis afflixisse?
16 Tota vita sua sordidè vixerunt, iracundi,
seipsos cruciantes, & simultates exercentes.
17 Meo ergo iudicio suauius est comedere &
bibere & frui bonis inter has miserias, qui-
bus affligimur sub sole, paucis diebus illis
vitæ nostræ, quos Deus nobis concedit: nihil
enim amplius ex omnibus accepturus est
homo.
18 Certè si cui Deus dederit diuitias & opes,
& animum, vt comedere ex illis audeat, &
accipere id ex eis, quo solo homini vsui esse
possunt, vt comedendo & bibendo oblectet
se, hoc ingens donum Dei est.
19 Parum enim, qui talis est, memor erit in-

commodorum vitæ suæ: Deus enim exercet
cor eius hilaritate.

CAPVT VI.

1 Est malum, quod vidi sub sole, freques
apud homines.
2 Inueniuntur quibus Deus dedit di-
uitias, opes, & gloriã, adeò vt nihil eis desit
eorũ, quæ ab hominibus desiderari possunt,
sed animum vtendi illis non tribuit: quin po
tius ignotus aliquis fruetur illis: hoc certè va-
num est, & graue tormentum animi.
3 Si quis centum genuerit liberos, & diues
vixerit annis plurimis, animum tamẽ suum
fraudauerit bonis, sepultura quoq; honesta
caruerit, iudicabo illo fortunatiorem, qui ma
tre abortiente eiectus est.
4 Hic enim vt nugamentum aliquod à con-
ceptu in vtero aliquousque obscurè progres-
sus est, sic tamen vt ne nomen quidem eius
vlli cognitum fuerit.
5 Solem enim non vidit, nec quicquam no-
uit, & liber fuit ab illis, quibus auarus assi-
duè torquetur.
6 Quid proderit homini, si contigerit illum

viuere annis bis mille, & bonis ſuis non frua
tur: nónne finem capient anni illi, & eôdem
tendent quò alij omnes, vel alia omnia?
7 Nullus fructus eſt alius humani laboris,
quàm cibũ ori ſuppeditare: quod quamuis
factu facile ſit, animi tamẽ cupiditati omni-
no ſatisfieri non poteſt.
8 Quid amplius accipiet ſapiẽs ex ſuo labo
re, quàm ſtultus: & quid minus habet pau-
per, qui induſtria ſua ſibi victum parat, inter
illos cum quibus viuit?
9 At melius inquiẽs eſt, contẽplari oculis di-
uitias præſentes, quàm induſtria ſola fretũ,
in diem more pauperis viuere: certè falleris,
qui hoc putes: non aliud enĩ aſpectus diuitia
rũ adfert, quàm animi ſtultas curas & tormenta.
10 Qua ratione fuit olim vnũquidq; priuſ-
quam eſſet, nomine ſuo notũ & ſcitum fuit:
quid hic, velit nolit homo, futurus eſſet, nec
poſſet niſi fruſtra contendere cum Deo, qui
ipſo fortior eſt, quare ſic vel ſic factus ſit.
11 Et ſi quis multis verbis contendere cum
Deo conetur, nihil illi eiuſmodi obmurmu-
ratio proderit.

CAPVT VII.

CAPVT VII.

1 FErendũ est æquo animo, quod à Deo immittitur: quis enim nouit quid expediat homini diebus vitę, quibus hic vanitate viuitur? fecit enim dies hominis Deus similes vmbræ, de qua post abitũ quid fiat sub sole, quis iudicabit?

2 Gratior est fama bona post mortẽ, quàm odor fragrantissimi vnguenti: & dies mortis melior est die quo quis nascitur.

3 Magis expedit ire in domum luctus, quàm in domũ conuiuĳ: in illa enim videtur quem finẽ habiturus sit omnis homo: & qui videt mortuum aliũ, non potest non aliquo modo animus eius commoueri.

4 Melior est tristitia, quàm risus: quia per tristitiam, quæ in vultu apparet, cor admonetur officĳ sui.

5 Animus viri sapiẽtis, versatur in domo luctus: animus verò stolidi, in domo conuiuĳ.

6 Fortunatior est, qui patienter audit obiurgationẽ sapientis, quàm est is, qui audit assiduè cantillantem stultum.

7 Qualis enim est strepitus stipularum

ardentium sub olla, talis est risus stultorum:
interim neque sapientis obiurgatio vanita-
te caret.

8 Quia mali, si obiurgentur, quòd alios op-
primant, affligunt sapientē, & perdere conan
tur eum, qui cor habet tam insigni sapientiæ
dono exornatum.

9 Melior ergo est finis rei, q̃ principium, &
homo patiēs, quàm is qui liberè alios carpit.

10 Ne inducas in animum tuum, vt citò ira-
scaris: solent enim stulti ferè esse, qui proni
sunt ad iram.

11 Ne dixeris apud te, pertæsus malorū præ-
sentium, quid causæ est, quòd tempora, qui-
bus vixerūt maiores nostri, meliora fuerint,
quàm sint hæc nostra? non est enim prudētis
viri talia interrogare, cùm manifestum sit ha
buisse illa tempora incommoda sua, sicut &
hæc nostra habent sua.

12 Melior est sapientia, quæ cum diuitijs con
iuncta est, & vtilitatis plus adfert tempore
huius vitæ, quo solem spectamus.

13 Adfert enim momenti multum sapiētia,
& nonnihil etiam diuitiæ: hoc tamen habet

ſupra diuitias ſapientia, quòd ſapientem ad
vitam perducat æternam.
14 Conſidera vniuerſa, quæ fecit Deus, & in=
uenies, nihil eorum poſſe reſtitui, quæ ille
perdidit.
15 Quare dum adeſt bonũ, fruere, & in aduer
ſis patiens eſto: voluit enim omnia Deus vi=
ciſsitudini obnoxia eſſe, vt videret homo ni=
hil eſſe ſtabile, cui tutò fidi poſsit.
16 Vidi plurima diebus vanitatis meæ, &
inter cætera, iuſto eſſe nõnunquam iuſtitiam
ſuam exitio, & impium in impietate ſua diu
& feliciter viuere.
17 Ne ſis ergo iuſtus nimium, neque ſapiens
vltra modum, ne fortè & tu ſimiliter pereas.
18 Neque enim exlex, & ſtolidus efficiaris:
qui enim eiuſmodi ſunt, vt plurimum pere=
unt malè.
19 Vt hæc pericula vites, nihil melius eſt,
quàm vt firmiter credas, & perpetuò in me=
moria habeas, quòd illi, qui Deum reueren
tur, omnia hæc mortifera mala effugient.
20 Sapientia ſæpe plus iuuat illũ, cuius eſt,
quàm poſſent decem primores ciuitatis.

21 Interim nullus est hominum tam sapiens
& iustus, vt non subinde peccet.
22 Quare delatoribus aurẽ facilè non præbue
ris, ne audire cogaris q́ꝫ seruus tuus aliquo-
ties ex impatientia malè de te locutus sit.
23 Scis enim tu ipse quòd nonnunquam lo-
cutus sis ad eundem modum de aliĳs.
24 Hæc omnia tentando per sapientiam di-
dici: & non contentus ĳs, conatus sum scire,
quæ sciri ab homine non possunt: sed in hoc
conatu sapientia mihi adesse recusauit.
25 Longè supra captum humani ingenĳ est,
velle scire quo cõsilio ab æterno vsus fit Deus
in cõdendis & cõseruandis rebus, & modis
omnibus incomprehensibile.
26 Quare reuocaui animum meum ad intel
ligẽda ea, quæ ratiocinatione inuestigari pos
sunt, & ad cognoscẽdam impiam stultitiam,
& amentes insanias.
27 Et inuenio amariorẽ esse ipsa morte mu-
lierem, quæ vna est instar venatorum multo-
rum: cor eius simile retibus multis, & manus
vinculis: qui charus est Deo, liberabitur ab
illa, peccator verò laqueis eius irretietur.

28 Ecce,inquit cõcionatrix ſapientia,hoc de-
prehendi ex comparatione rerum inter ſe, id
quod quæritur,inueniri ſolere.
29 Laboraui vſq; in hanc horam, vt confe-
rendo officium fœminarum cum ingenio &
moribus, bonam & prudentẽ aliquam inue
nirem:ſed nihil ſucceſsit, ex mille viris, vnũ
inueni tolerabilem,ex mille autem fœminis,
nullam.
30 Hoc ſolũ inueni,quòd Deus fecerit Adam
rectũ: & quòd ipſe cum poſteris multa ma-
gno ſtudio ſtulta repererit, quæ à ſimplici re-
cto quàmprimum recedunt.

CAPVT VIII.

1 QVis cõferendus eſt cum ſapiente, &
eo qui iudicium habet de rebus? ſa-
piẽtia hominis gratioſum facit vul-
tum eius,& crudelitatem pellit.
2 Attamen ſuadeo etiã ſapienti, vt obſeruet,
quæ rex mandabit:& præſtet, ſi quæ Deo in
teſtem vocato iurauerit.
3 Nec tu vecors & ſtolidus, tanquam à con-
ſpectu illius poſsis aufugere, pertinax in
malo perſiſte; quicquid enim ille voluerit,

perficiet.
4 Vbicunque aliquid nomine regis manda
tum fuerit, ibi & potestatem esse puta exe-
quendi, quod mãdatum est: nec audeat quis-
quam cõtradicere, aut quærere, cur hoc man
dauerit rex.
5 Qui obediens est mãdato, non sentiet ma
lum: tempus autem aduenturum, vt suma-
tur supplicium de transgressoribus, nõ igno
rat sapiens.
6 *Statuit nãq;* Deus tempus, quo de omni-
bus iudicaturus est: & priusquàm illud adue
niat, varijs & periculosis malis expositi su-
mus.
7 Nec scire cuiquam datur, quid illi contin-
get: quis enim id posset illi indicare?
8 Et si sciret, nihil illi prodesset: nemo enim
tam potens est, vt animum suum contineat:
nec appetente morte vires vllæ quicquã pro-
derunt: neq; est spes vlla elabendi ex illo præ
lio, quod nobis cum morte ineũdum est: nec
impium tunc sua impietas liberare poterit.
9 Huiusmodi plurima obseruaui, & diligen-
ter expendi, quæ fieri videbam sub sole, quo-

tempore homo in hominē imperiū exercet,
non sine malo illius, qui ferre imperiū cogit.
10 Itaque vidi impios ad sepulchrū vsq; feli
citer degere, & ipsos veluti resurgere in filijs,
& versari inter honoratos in loco sancto: eos
verò qui bene faciunt, cōtemni à ciuibus: sed
& hoc insigni vanitate non caret.
11 Quia non subitò sumitur supplicium, de
his quæ designant homines, ipsi non faciunt
finem intrepidè male faciendi.
12 Contingit nāq; peccatorem centies impie
agere, & quantum apparet, id feliciter illi ce-
dere: ego interim scio, quòd illis solis bene
erit, qui Deum reuerentur.
13 Impio verò, quantumuis appareat, nihil
continget veri boni: quin & dies vitæ illius,
etsi multi videantur, citius vmbra, quæ res
nihili est, abibunt.
14 Est & alia vanitas, & frequēs in hac vita:
videmus enim ea euenire iustis mala, quæ
impios ferre decebat: & è cōtrario impijs bo
na, quæ iustos accipere æquum erat: certè hoc
vehementer molestum est.
15 Quare laudaui hilaritatem animi: nec

quicquam vidi melius, quàm comedere &
bibere, & frui bonis: hoc enim solū accipiet
homo tanquā suum ex omni molestia, qua
se fatigat, diebus quibus vitam illi Deus con
cedit sub sole.
16 Sic accommodaui animū meum studio
sapientiæ, vt cognoscerem, quæ fiunt nobis
in terra degentibus, vt sæpe nec die, nec no-
cte somnum indulserim oculis meis.
17 Et consideraui hæc tam varia opera Dei,
quæ facta sunt, & quæ fiunt assiduè, & depre
hendi non posse vllum hominem inuenire
rationem alicuius rei, ex omnibus, quæ tam
varia fiunt sub sole, etiam si conetur omni-
bus viribus inuenire: quin & sapiens ipse, si
conetur, frustra laborabit.

CAPVT IX.

1 OMnia hæc diligenter reuolui in ani-
mo, & comperi quòd iustum, & sa-
pientem, & opera eorū, Deus habeat
in sua potestate: neque quisquā nouit, quos
habiturus sit vel amicos, vel inimicos: cūcta
enim hæc hominem latent.
2 Cunctæ res eodem interibunt modo: nec

quicquam ab interitu liberum eſt,non iuſtus
magis,quàm impius: nec bonus & innocẽs,
magis quàm prauus: neque ſacrificio Deum
venerans,magis quàm Deum contemnens,
non aliter interibit bonus,quàm malus,iura=
re conſuetus,quàm is qui à iuramentis abſti=
net,ne Deum offendat.

3 Hoc moleſtiſsimum eſt omnium,quæ ſub
ſole fiunt,quòd omnia abſque vllo diſcrimi=
ne eodem modo intereunt:& corda hominũ
interim implentur malis, ad inſaniam vſq;,
toto tempore vitæ vſq; ad ſepulchrum.

4 Quandiu is verſatur inter viuos, aliquid
habet amplius, quàm ſi mortuus eſſet: ſicut
canis viuus aliquid habet amplius, quàm leo
mortuus.

5 Siquidem ĳ qui viuunt, hoc habent, quòd
ſe ſciant morituros: mortui verò nihil horũ
nouerunt, nec ſunt apud viuos vllo amplius
in pretio,ſed obliuioni penitus traditi.

6 Nec amicos amplius, nec inimicos, nec
quos æmulentur, habent: nihil illis amplius
commune eſt cum hoc mũdo,quem relique
runt,cum omnibus,quæ in eo ſunt.

7 Comede ergo lætus cibum tuum, & bibe
animo hilari vinum tuum: iandudum enim
placent opera tua Deo.
8 Omni tēpore ſint veſtes tuæ ſplēdidæ, &
caput tuum aſsiduè delibutum vnguento.
9 Oblecta vitam tuā cum vxore, quā amas,
tempore quo tibi viuendum eſt in hac vaniſ-
ſima vanitate, qua omnes dies tui pleni ſunt:
hoc enim ſolum eſt propriè tuum ex omni
labore, quo te fatigas tota vita tua ſub ſole.
10 Quicquid tibi occurrerit, quod faciēdum
putes, fac fortiter: nihil enim horū operum,
quæ hic fiunt, neq; conſilij, neque prudentiæ,
neq; ſapientiæ quicquam in ſepulchro, quò
tu properas, inuenturus es.
11 Obſeruando ea, quæ fiunt ſub ſole, didici
quòd raro adhibentur veloces ad currendū,
neq; robuſti ad gerenda bella: quin & ſapien
tibus ſæpe deeſt, vnde viuant, nec habent in-
duſtrij diuitias, nec rerū periti in precio ſunt,
ſed tāquam ignaui ſemper fuiſſent, tempus
& caſus omnes de medio tollit.
12 Nec magis nouit homo tempus mortis
ſuę, quàm piſces priuſquàm hamo capian-

tur, vel aues priusquàm laqueo irretiantur:
sicut enim capiuntur illæ, sic mors de impro
uiso homines illaqueabit.
13 Sed & hoc vidi, quòd esset sapientia sub
sole, & meo iudicio magna.
14 Ciuitas enim quædam fuit parua, & viri
in ea pauci, & rex potens obsidione cinxit
eam, & turres extruxit contra eam.
15 Et inuentus est in ea vir pauper, sed sapiẽs,
qui seruauit ciuitatem illam sapiẽtia sua: nec
fuit vnquam ante periculũ habita ratio pau-
peris illius.
16 Iudicaui tum ego, quòd vtilior esset sapiẽ
tia viribus corporis: & tamen sapientia pau-
peris illius, tanto tempore cõtempta fuit, nec
verba illius à quoquam æstimata.
17 Verba sapientum, etiam si non multum
clament ipsi, efficaciora sunt, quàm princi-
pis stulti vociferatio.
18 Sapientia melior est instrumentis bellicis:
qui interim peccat in vno aliquo, plurimum
boni amittet.

CAPVT X.

1 SIcut muſcæ in vnguentum quantũuis
fragrans collapſæ, ſi illic moriantur, vn-
guentum corrumpunt, & bullis veluti
ſcabie obducunt: ſic parua ſæpe ſtultitia ho-
mini ob ſapiẽtiam & reliquas naturæ dotes
claro, multum exiſtimationis adimit.
2 Cor ſapiẽtis in dextra illius eſt, & cor ſtul-
ti in ſiniſtra.
3 Quacunque iuerit ſtultus, vecordia eum
comitabitur: & tanquam ipſe ſolus ſapiens
ſit, obuios omnes ſtultos appellabit.
4 Si dominandi cupiditas animum tuum
inuaſerit, locum priorem ne facilè deſerueris:
qui enim compeſcit in huiuſmodi cupidita-
tibus animũ ſuum, multa vitabit & grauia
peccata.
5 Frequens enim eſt malum ſub ſole, quod
ab imprudentia principis proficiſcitur.
6 Collocantur ſæpe ſtulti inter primos &
potentiſsimos, præteritis illis, qui ad res ge-
rendas vehementer idonei ſunt.
7 Et vidi ſeruos obequitare, tanquam nobi-
les ſint: & nobiles, ſeruorum more, pedibus
iter facere.

8 Qui fodit foueam, incidit in illam: & qui
dissipat sepem, mordebit illum serpens.
9 Qui proijcit lapides, fatigabitur sæpe ia-
ciendo, & qui secat ligna, sentiet, quantum
ea res habeat difficultatis.
10 Si retusum fuerit ferrũ, quo secant ligna.
quantumuis fortibus multum negocij exhi-
bebit: sapiẽtia verò, difficiles alioqui res, sæpe
faciles reddet.
11 Serpens qui non edito sibilo mordet, per
omnia delatori similis est.
12 Quæ sapiẽs dicit, gratiam habent: sermo
verò stolidi, ipsum subuertet.
13 Principium verborum illius stultitia, &
finis furia quæ periculo non caret.
14 Sultus sic verba multiplicat, vt nemo intel
ligere possit, dum loquitᷣ, quid velit, & mul-
to minus de futuris aliquid ex illis colligere.
15 Conatus stultorum, lassabit eos: quia ra-
tionem viuendi ciuiliter, ignorant.
16 Infelix patria est, cuius rex est puer, &
principes manè comedunt.
17 Felix patria, cuius rex vir strenuus est, &
principes tempore, quo oportet, comedunt,

Stultos esse significat & periculosos magnorum conatus, si prudẽtia desit.

non comessationibus dediti, sed comedunt
quãtũ satis est ad vires corporis cõseruãdas.
18 Ignauia domini domus, soluetur conti-
gnatio: & pigritia eius fiet, vt arceri non pos-
sit pluuia.
19 Ad voluptatem parant cibos, & vinum
bibunt, vt se exhilarẽt, quorum nequitiæ pe-
cunia suppeditat omnia.
20 Tu interim ne ausus fueris vel cogitare se-
mel, vt huiusmodi in rege vel principe repre
hendas, etiam si solus in cubiculo tuo fueris:
fiet enim palàm, si non aliunde, certè aues,
quæ in aëre volitant, clàm esse non sinent.

CAPVT XI.

De eleemosynis itelligit.

1 PRoijce panem tuum in præterfluentes
aquas, & scito non periturum; tandem
enim recipies.
2 Liberaliter egentibus tribue: sic enim fiet,
vt non sentias mala, quæ imminent.
3 Vbi plenæ fuerint nubes, imbrẽ suum fun
dent in sitientem terram, & fructus arbo-
ris quocunque loco ceciderit, siue in plaga

Auſtrali, ſiue Aquilonali, erunt, qui colligent illum.

4 Qui obſeruat curioſe ventum, nõ ſeminabit: & qui metuit nubes, non metet.

5 Sicut ignoras, quomodo anima coniungatur corpori, & oſſa compingantur in vtero prægnantis: ſic nunquam intelligere poteris rationem vllius earum rerum, quas Deus fecit tam multas & varias.

6 Mane ſemina ſemen tuum, & veſperi neceſſa: neſcis enim vtrum felicius proueniet, quod mane, an quod veſperi ſeminatũ eſt, an illud quod mane & veſperi.

7 Suaue eſt lumen & gratum oculis videre ſolem.

8 Interim ſi cui contingat multis annis ſuauiter viuere & tandem in memoriam reuocauerit, quãto tempore hoc ſole & lumine eius carendum erit: iudicabit hæc fluxa, caſſa, & inania eſſe omnia.

9 Oblecta te adoleſcens, dum ætas eſt integra, indulge genio, & verſare in illis, quæ animus deſiderabit, & oculi concupiſcent: ſed ſcito, quod Deo redditurus ſis rationem

de omnibus.

10 Pelle ex animo tuo iracundiam, & à corpore molestiam: adolescentia enim & reliquum totius vitæ tempus vanitatis secum satis adferent.

CAPVT XII.

1 HAbe ergo ante oculos creatorē tuū, dum integra adhuc ætas est, priusquàm veniant dies pleni malis, & anni, quibus nihil libebit boni facere.

2 Priusquàm, obscuretur tibi sol & lumen eius: luna quoque & stellæ, & caligo obtegat oculos tuos.

Manus intelligi vult, quibus nos, maximè defendere solemus.

3 Quod fiet, vbi debilitati fuerint custodes domus, & membra, quibus nunc valemus, viribus suis destituta fuerint: & visus oculorum, qui nunc veluti ex cauernulis prospectat, deficere cœperit.

4 Vbi claudi cœperunt ianuæ plateæ, per quam it cibus, vbi perierit latratus stomachi, & homo tam debilis factus fuerit, vt ad vocem auiculæ excitetur, & perierint omnia organa cantus.

5 Tunc è cœlo metum, & malum in se ca-

ſurum, & terrores eos quacunque iuerint, inuadent: tunc canis aſpergetur caput, & nutabunt pedes, & peribit appetitus, quæ ſigna ſunt eos hinc migrare in domum alterius ſeculi: circundabunt eos in platea lugentes, vt ſublatum in humeros efferant.

6 Quicquid præcedit diem, quo rumpetur funiculus argenteus, & difrluet pingue illud aureum, & comminuetur hydria iuxta fontem, & fractis rotis currus in foueam per præceps ruet.

Medullã itelligit, quę trãſit ſpinã dorſi, qua vel minimũ læſa, neceſſe eſt hominẽ mori.

7 Et reuertetur puluis in terram, vnde ſumptus eſt, & anima redibit ad Deum, qui dedit illam.

8 Vaniſsima ſunt omnia, inquit Eccleſiaſtes, & nullo tempore non vana.

9 Et quia ſapiens erat ſupra omnes alios Eccleſiaſtes, multa alia populum docuit: diligenter enim ſcrutando omnia, multa inuenit ad ſapientiam pertinentia, & multa reſtituit, ſapienter ab alĳs dicta.

10 Studioſus valde fuit hic concionator, vt vtilia & ſcitu digna inueniret, quæ autem inuenit, bona fide chartis mandauit.

11 Verba ſapientum ſunt veluti ſtimuli, &
veluti claui viri ſtudioſi, qui alĳs inculcant,
quæ ab vnico paſtore Deo, vt illis excitemur,
donata ſunt ipſis.
12 His paucis fili mi admonitum te puta: vt
autem omnia perſtringantur ſigillatim, ne
plurimis quidem libris fieri poterit, & labor
multa ſcribendi corpus defatigat.
13 Finis omniū rerū qualis ſit, iam auditum
eſt: tu Deum reuerere, & mādata illius obſer=
ua: illo enim ſolo acquiritur, quicquid verè
hominem & ſolidè beatum facere poteſt.
14 Nec ignorare Deum putes, quæ tu facis:
omnia nanque diligentiſsimè expendet, ſiue
bona fuerint, ſiue mala, etiam ea quæ nobis
videntur penitus occulta.

Vocabulo ſtimuli, quo hic vtit, ſub īdicat ſimilimos aſinis eſſe nos, & frequētiſsimis egere nos extimulatio nibus.

F I N I S.

INDEX PSALmorum ſecundum ueterem translationem.

A

B

R

C

S

T

V

FINIS.

NE ALIQVOT PAGELLAE VACARENT,

placuit orationẽ SALOMONIS, *quam in templi dedicatione habuit, annecte-re: lectori pio rem multò gra-tiorem fore rati, quàm si nudas chartas ob-ijceremus.*

ORATIO SALO-

monis in dedicatione templi.

III. Reg. VIII.

DOMINE Deus Iſraël, non eſt ſimilis tui Deus in cœlo de-ſuper, & ſuper terrã deorſum: qui cuſtodis pactum, & miſe-ricordiam ſeruis tuis, qui am-bulant coram te in toto corde

ſuo: qui cuſtodiſti ſeruo tuo Dauid patri meo, quæ loquutus es ei. Ore loquutus es, & manibus perfeciſti, vt hæc dies probat. Nunc igitur Domine Deus Iſraël conſerua famulo tuo Dauid patri meo quæ loquutus es ei, dicens: Non auferetur de te vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſraël: ita tamen, ſi cuſtodierint filij tui viam ſuam, vt ambulent coram me, ſicut tu ambulaſti in cōſpectu meo. Et nunc Domine Deus Iſraël firmentur verba tua, quæ loquutus es ſeruo tuo Dauid patri meo. Ergo'ne putādum eſt quòd vere Deus habitet ſuper terram? Si enim cœlum, & cœli cœlorum te capere non poſſunt: quanto magis domus hæc, quam ædificaui tibi? Sed reſpice ad orationē ſerui tui, & ad preces eius Domine Deus meus. Audi hymnum & orationem, quam ſeruus tuus orat coram te hodie, vt ſint oculi tui aperti ſuper domum hanc nocte ac die: ſuper domum, de qua dixiſti: Erit nomen meum ibi: vt exaudias orationē, quam orat in loco iſto ad te ſeruus tuus, vt exaudias deprecationem ſerui tui & populi tui Iſraël:

quodcũque orauerit in loco iſto: & exaudies in loco habitaculi tui in cœlo: & cùm exaudieris, propitius eris. Si peccauerit homo in proximum ſuum, & habuerit aliquod iuramentum, quo teneatur adſtrictus, & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies in cœlo, & facies, & iudicabis ſeruos tuos, condemnans impium, & reddens viam ſuam ſuper caput eius: iuſtificans'q; iuſtum, & retribuens ei ſecundum iuſtitiam ſuam. Si fugerit populus tuus Iſraël inimicos ſuos, quia peccaturus eſt tibi, & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo venerint, & adorauerint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cœlo, & dimitte peccatum populi tui Iſraël, & reduces eos in terram, quam dediſti patribus eorum. Si clauſum fuerit cœlũ, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco iſto pœnitentiã egerint nomini tuo, & à peccatis ſuis conuerſi fuerint propter afflictionẽ ſuã, exaudi eos in cœlo, & dimitte peccata ſeruorũ tuorũ, & populi tui Iſraël: & oſtende eis viã bonã, per quam

ambulent:& da pluuiam super terrã, quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestiletia, aut corruptus aër, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius, portas obsidens omnis plaga, vniuersa infirmitas, cuncta deuoratio, & imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo Israël: si quis cognouerit plagã cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies, vt des vnicuique secũdum omnes vias suas, sicut videris cor eius: quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum, vt timeant te cunctis diebus, quibus viuunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris. Insuper & alienigena, qui nõ est de populo tuo Israël, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum: audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentũ vbiq;. Cum venerit ergo, & orauerit in hoc loco, tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuoca-

uenit te alienigena: at discant uniuersi populi terrarum nomẽ tuum timere, sicut populus tuus Israël, & probent, quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc, quam ædificaui. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum cõtra inimicos suos per viam, quocunque miseris eos, orabunt te contra viam ciuitatis, quam elegisti, & contra domum quam ædificaui nomini tuo: & exaudies in cœlo orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum. Quòd si peccauerint tibi (non est enim homo, qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum longè vel propè, & egerint pœnitentiam in corde suo in loco captiuitatis, & conuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua, dicentes: Peccauimus, inique egimus, impie gessimus: & reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo, & tota anima sua in terra inimicorũ suorũ, ad quam captiui ducti fuerint, & orauerint te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & ciuitatis quam elegisti, & tẽpli quod ædificaui nomini tuo: exaudies

in cœlo, in firmaměto solĳ tui orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorũ: & propitiaberis populo tuo, qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorũ, quibus præuaricati sunt in te: & dabis misericordiam coram eis, qui eos captiuos habuerint, vt misereantur eis. Populus enim tuus est, & hæreditas tua, quos eduxisti de terra Aegypti, de medio fornacis ferreæ: vt sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui, & populi tui Israël: & exaudies eos in vniuersis pro quibus inuocauerint te. Tu enim separasti eos tibi in hæreditatem de vniuersis populis terræ, sicut loquutus es per Moysen seruum tuum, quando eduxisti patres nostros de terra Aegypti Dominus Deus.

FINIS.

APVD THEOBALDVM PAGANVM,

ANNO.

M. D. XXXVIII.

10

163


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm